Erbum est quod consignificat tempus: cuius pars extra nihil significat. ⁊ est semper eorum que de altero dicuntur nota. Et dicitur quod consignificat tempus: quia per hoc verbum differt a nomine vt cursus nomen est quia sine tempore significat. currit vero verbum est. quia consignificat tēpus. Et dicitur ⁊ est semper eorum ⁊ cetera. quia verbum est copula vniens predicatum accidentale vel essentiale cum subiecto. Et debet addi finita. quia non currit non laborat non sunt verba. licet significēt tempus. sed sunt verba infinita. qꝛ possūt dici tam de eo q̄d est q̄ꝫ de eo quod non est. similiter debet addi recta quia curret currebat que significant tempus futurum vel preteritum non sunt verba cum verbum significet tempus presens. Unde verba secundū se dicta sunt nomina ⁊ significant aliquid: quia constituunt intellectum audientis cui audiens acquiescit

Scda pars.

Tertia ps.

q̃ tamen nõ significant esse vel nõ esse. Et si querat aliqius ex quo verba simi
lia sũt nominibus an ne solum verbum possit cõponere orationẽ. Ad hoc dicitur Obiectio.
qõ nõ. quia ipm est si purum dixeris nihil significat: cõsignificat aũt quandã cõ Solutio.
positionẽ: quam sine extremis nõ est intelligere.

Capitulum quartum de oratione quomodo diffinitur.

Ratio est vox significatiua: cuius partium aliquid significatiuum est sepa
ratim vt dictio nõ vt affirmatio: vt homo significat aliquid: sed nõ vt affir Prima ps.
matio vel negatio. licet ex ipo cum aliquo addito fiat affirmatio vel nega
tio. Et si querat aliqs an quelibet pars orationis aliquid significet? Ad hoc
dicitur qõ nõ: quia syllaba nominis nihil significat. vt ista syllaba rex in isto noie Scda pars.
sorex nihil significat. licet partes nominis cõpositi nõ accepte vt partes aliquid
significent. Quod aũt oratio significet ad placitum. patet quia ipa non signifi
cat sicut instrumentũ virtutis naturalis sed per impositionẽ: ergo ipa significat
ad placitum.

Tractatus secundus est de enunciatione de inesse simpliciter q̃ simplicium ex
tremorum: q̃ continet quattuor capitula.

Capitulũ primũ de enunciatione quomodo diffinitur q̃ quot modis diuidit.

Enunciatio est nõ omnis oratio: sed illa in qua verum vel falsum est. Unde primapars.
non omnis oratio significat verum vel falsum. vt patet de oratione deprecatiua q̃ alijs que magis spectant ad rhetorem vel poetam q̃ oratio enun
ciatiua que spectat ad logicum. Unde enunciatio tripliciter diuiditur. Pri Scda pars.
mo sic. Enunciationũ quedam est vna: altera vero plures. Enunciatio vna est illa pria diuisio.
que vnum de vno significat: vel est coniunctione vna. Sed enunciatio plures est
que nõ vnum sed plura significat inconiuncte. Ex quo patet qõ nomen vel ver
bum per se sumptũ est dictio q̃ nõ enunciatio: quia neq̃ verum neq̃ falsum signi Correlariũ.
ficat. neq̃ si quis interroget per nomen vel verbum vere aut false interrogabit.

Secundo diuiditur sic. Enunciationũ vnarum quedam est vna simpliciter.
alia est vna coniunctione. vnde enunciatio vna simpliciter non est illa que caret scda diuisio.
partibus: quia necesse est omnem enunciationem constitui ex verbo vel ex ca
su verbi. Et ideo diffinitio hominis: puta animal gressibile bipes que est vna
non. quia partes sibi propinque sint. sed sicut dicitur in libro de anima non di
citur enunciatio: quia in ea nõ ponitur verbum. Sed enunciatio vna simpliciter ẽ
que aliquid vnum de aliquo enunciat mediante aliqua copula. Enunciatio vero
vna coniunctione est illa que est composita ex enunciationibus vnis simpliciter. tertia diuisio

Tertio sic diuidit. Enunciationũ vnarũ alia est affirmatiua alia ẽ negatiua.
Affirmatio est enũciatio alicuius de aliquo. Negatio vero ẽ enunciatio alicuius
ab aliquo.

Capitulũ secundũ quid est oppositio: q̃ quot modis dicitur. Pria pars.

Omnis affirmatio habet aliquam negationem oppositam contradictorie
q̃ econtra. patet nam sicut contingit affirmare quod est esse: ita cõtingit ne
gare quod est non esse. q̃ sicut contingit affirmare qõ non est esse: ita contin
git negare quod nõ est nõ esse. Et similiter in alijs verbis que nõ sunt presentis
temporis: ergo omni affirmationi est negatio opposita contradictorie q̃ econtra. Diffinitio
Unde contraditio est affirmatio q̃ negatio opposite eiusdem de eodem. q̃ sic de sceũda pars.
alijs particulis que ponuntur in diffinitione elenchi. Unde ad videndas speci
es oppositionis ponuntur due diuisiones. Prima est signorum quedam sunt pria diuisio.
vniuersalia. alia sunt singularia. Uniuersale est quod de pluribus natum est pre secunda.
dicari. vt homo. Singulare vero non. vt plato. Secunda diuisio. Enunciati Contrarie.
onum quedam est de subiecto vniuersali. alia de subiecto singulari. Unde con

trarie sunt in quibus aliquod predicatum enunciatur de aliquo subiecto vniuersali vniuersaliter sumpto in vna affirmatiue ⁊ in alia negatiue. vt omnis homo est albus. nullus homo est albus. Sed subcontrarie sunt in quibus aliquod predicatū enunciatur de aliquo subiecto vniuersali non vniuersaliter sumpto in vna affirmatiue. ⁊ in alia negatiue. vt in istis. homo est albus. homo nō est alb⁹. in quibus subiectum nō tenetur vniuersaliter: quia nō sumitur cū hoc signo omnis quod nō est vniuersale. sed significat qm̄ vniuersaliter. Et si querat aliqs an ne sicut de vniuersali vniuersaliter sumpto aliquid enunciatur. ita vniuersale vniuersaliter sumptum possit enunciari de aliquo. Ad hoc respondet philosophus qꝫ nulla erit affirmatio vera in qua predicetur vniuersali vniuersaliter sumptum. Sed contradictorie sunt ille in quibus enunciatur aliqꝫ predicatū de aliquo subiecto vniuersali vniuersaliter sumpto in vna: ⁊ in alia nō vniuersaliter in vna affirmatiue. ⁊ in altera negatiue: vt homo est albus. nullus homo est albus. Similiter omnis homo est albus: ⁊ homo nō est albus.

subcōtrarie

questio.

responsio.

Cōtradictorie.

Capitulum tertium de legibus propositionū oppositarū: ⁊ quid sit affirmatio vna ⁊ quid affirmatio plures.

Contrarie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua: vt omnis homo est iustus. nullus homo est iustus. Unde lex earum talis est qꝫ non possunt esse simul vere. Sed lex cōtradictoriarū talis est qꝫ necesse est vnā esse verā ⁊ alterā falsam. siue sint de subiectis cōmunibus siue singularibus: vt socrates est albus. socrates non est albus. Sed lex subcontrariarū talis est qꝫ nō possunt simul esse false. vt nō omnis homo est albus. ⁊ quidam homo est alb⁹. possunt aūt simul esse vere: vt patet tribus exemplis. Primū est iste sunt simul vere. homo est albus. nō est homo albus. De secūda patet quia si sit aliquid non est sed homo sit albus. ergo homo nō est albus. Secundum est. iste sunt vere. homo est probus. ⁊ homo nō est probus. De secunda patet. quia homo est turpis. ergo nō est probus. Tertium exemplū est. homo est pulcer homo non est pulcer. De secunda patet. quia homo est fedus. ergo homo non est pulcer. Et si dicat aliquis qꝫ ista: nō est homo albus contradicit huic homo est albus. ergo si ille simul stent: contradictorie simul erunt vere. Ad hoc dicitur qꝫ hec nō est homo albus nō capitur vt tm̄ valet sicut ista. nemo est albus: sed vt tm̄ valet sicut hec. homo nō est albus. Ex dictis patet quoniā vnius affirmationis est vna negatio opposita. Patet quia oportet illud idem negationem negare quod affirmatio affirmat: quia si negatio aliud negaret q̄ affirmatio affirmaret iam non esset et opposita: sed esset ab ea diuersa. ergo omni affirmationi est vna negatio opposita: vt huic omnis homo albus est. opponitur ista que est: nō omnis homo albus est. ⁊ sic de terminis singularibus exemplificari potest. Patet etiam qꝫ vni negationi est vna affirmatio opposita ⁊ qꝫ enunciationū quedam sunt contrarie quedam contradictorie. ⁊ quedam subcontrarie. Unde affirmatio vel negatio vna est que vnum de vno significat siue vniuersaliter siue nō vniuersaliter: vt hec omnis homo est albus. nō omnis homo est albus. nullus homo est albus. quidā homo est albus: si album vnum significat. Sed affirmatio vel negatio plures est quando vnum nomen est impositū ad significandū plura diuersis conceptib⁹. vt si tunica significet hominem ⁊ equum: tunc ista affirmatio tunica est alba non est affirmatio vna: quia nihil differt dicere. tunica est alba. ⁊ dicere. homo est albus. equus est albus. modo ille due non sunt vna affirmatio. Et sic patet qꝫ in contradictorijs de presenti: ⁊ de preterito necesse est vnam partem esse veram. ⁊ alteram falsam: nō aūt in subcontrarijs vel contrarijs.

diffinitio.

Pria pars.

obiectio.

solutio.

correlariū.

correlariū.

Secūda ps.

diffinitio.

Capitulum quartū de singularibus de futuro contingenti an in eis vna pars

sit determinate vera. ⁊ altera determinate falsa.

Dubitatur an in propositionibus de futuro contingeti vna pars sit determinate vera. ⁊ altera determinate falsa. Et arguitur primo qꝫ non: qꝛ si sic tũc omnia de necessitate euenirent. ⁊ omne qꝫ fieret necesse esset fieri: ⁊ oẽe quod nõ fieret necesse eẽt nõ fieri: sed cõsequẽs est ipossibile igr ⁊ ceta. In oppositũ arguitur sic primo. Mã si duo proponãt duas cõtradictorias de futuro. vnus qꝫ sortes curret cras: alter qꝫ sortes nõ curret cras: tunc vnus illorum dicit verum. ⁊ alter falsum: ergo vna pars est determinate vera ⁊ altera falsa. prima pars. ad partem negatiuam. ad partem affirmatiuã.

Secũdo sic. quelibet enũciatio est vera vl falsa. sed quilibet illoꝝ profert vnã enunciationem. ergo profert verum vel falsum: ⁊ nõ quilibet profert falsum: ergo vnus profert verum ⁊ alter falsum. Tertio sic. vel ita erit sicut vnus illoꝝ dicit fore: ⁊ tunc ita affirmans dicit verum. vel nõ ita erit: ⁊ tunc ita negans dicit verum: ⁊ per consequẽs necesse est vnam partem determinate esse veram. ⁊ alterã determinate falsam. Sed iterũ probatur qꝫ neutra pars sit determinate vera. quia si sic tunc omnia de necessitate euenirent. ⁊ per consequens nihil fieret a casu vel ad vtrumlibet: sed cõsequens est falsum igitur cõsequentia patet quia si sortes erit albus. tunc hec semper fuit vera. sortes erit albus. ⁊ si fuit vera nõ potest nõ fuisse vera. ⁊ per cõsequens necessario fuit vera: ⁊ sic necessario eueniet sicut ipa significat. ⁊ per cõsequens omnia de necessitate euenirent ⁊ nihil ⁊ ceta ad negatiuã.

Sed in oppositum arguitur probando qꝫ altera pars sit determinate vera. quia vel vna earum est vera vel vtraqꝫ est falsa: sed nõ secundũ cum hoc sit cõtra legem contradictoriarũ: igitur. Item etiam si sortes est albus. hec est vera sortes est albus. ⁊ si nõ est albus. hec est vera. sortes nõ est albus: ergo etiam si nauale bellum erit cras. hec est vera. nauale bellum erit cras: ⁊ si nõ erit sua contradictoria est vera: scꝫ nauale bellum erit vel nõ erit aliter tollerentur contingẽtia ad vtrumlibet: igitur altera illarum est vera. Sed in oppositum iterũ arguitur. probando qꝫ neutra pars sit determinate vera: quia tunc omnia de necessitate euenirent. ⁊ per cõseqẽs nõ oporteret cõsiliari neqꝫ negociari de futuris. quia siue hoc facimus siue nõ res nõ aliter euenirent: sed consequens est falsum. igitur. Et si dicat aliquis qꝫ si tempus prope est in quo debet fieri futurum contingens. tunc vna pars bene est determinate vera: sed nõ si tempus sit multũ distans. Ad hoc dicitur qꝫ nihil differt hodie dicere hoc esse futurum. ⁊ ante milleannos. qꝛ si nunc sit verũ dicere quod hoc erit: etiam erat verum ante mille annos. Et si dicat iterum aliquis qꝫ si quis ꝓtulerit duas contradictorias. tunc vna erit bene determinate vera. sed nõ si nullus protulerit. Ad hoc dicit philosophus qꝫ nihil differt ad hoc qꝫ res erit vel nõ erit si quis affirmet illam rem fore vel nõ fore: quia propter nostrum affirmare vel negare nihil mutatur in re. Sed qꝫ cõsequens illarum scꝫ qꝫ omnia de necessitate eueniant sit falsum. patet tripliciter. Primo quia nos sumus principia multorũ que possunt fieri ⁊ nõ fieri a nobis. Secundo quia multa sunt entia que nõ semper sunt actu potentia que possunt fieri ⁊ nõ fieri. Tertio quia multa possunt fieri que non fiunt. vt vestis potest incidi. ⁊ tamen nõ inciditur. sed vetustate consumitur. ergo nõ omnia de necessitate eueniunt: sed aliquid est contingens ad vtrumlibet. ⁊ sic videtur qꝫ neutra pars de futuro contingenti sit determinate vera. Pro solutione dubitationis ponuntur due distinctiones. Prima est: iste sunt concedendo omne quod est quando est: esse est necesse. omne quod nõ est quando nõ est: nõ esse est necesse. Sed iste sunt negande omne quod est quando est: necesse est esse. omne qꝫ nõ est quando nõ est: necesse ẽ nõ esse. Secũda distinctio hec propositio: hanc propositionem vel illam esse veram vl necessariam est distinguenda: qꝛ vel ad affirmatiuam. ad negatiuã. obiectio. solutio. questio. sollutio. Secũda pars. pria disticio. secunda.

est composita ⁊ tunc est vera vel est diuisa. ⁊ tunc est falsa. Exemplum in simili. vt nauale bellum esse vel non esse est necessarium: sed non est necessarium nauale bellum fore cras: neqꝫ est necessarium nauale bellum non fore cras: neqꝫ est necessarium nauale bellum nõ fore cras. Istis suppositis dicitur qõ in illis de futuro contingenti neutra pars est determinate vera determinatione de necessario. Patet sic ratione ostensiua: quia sicut se habẽt res future ad fore vel nõ fore sic se habent enunciationes ad veritatem vel falsitatem. sed res future sunt indeterminate ad fore vel ad non fore. ergo enunciationes de futuro sunt indeterminate determinatione de necessario ad veritatem vel falsitatem. ita qõ non est necessarium illam partem esse veram. neqꝫ est necessarium illam esse verã: licet sit necessarium hanc vel illam esse veram. Et hec de primo peryarmenias aristotelis.

Respõsio ad quesitum.

Sequitur de multiplicatione propositionũ variando aliquod extremorũ penes finitum ⁊ infinitum.

Liber secundus est de enunciatione cuius alterum extremorũ compositum est: ⁊ de modalibus. Et continet tres tractatus. Tractatus primus est de enunciatione: cuius alterum extremorum est compositũ. ⁊ continet tria capitula.

Capitulum primũ de enunciationibus quarum alterum extremorũ est terminus infinitus: ⁊ cõsequẽtia ac cõtrarietate talium enunciationũ adinuicem.

Pria pars.

Omnis enunciatio est ex nomine: vel nomine infinito. Patet quia omnis enunciatio enunciat aliquid de aliquo: sed illud est nomen vel nomen infinitum igitur. Dictum aũt est prius de nomine: ⁊ de nomine infinito. qõ licet vnum significet nõ tamen est nomen: sicut neqꝫ verbum infinitum est verbũ. Similiter omnis enunciatio est ex verbo vel verbo infinito. quia in qualibet enũciatione ponitur est fuit vel erit: vel aliquid simile. sed quodlibet tale est verbũ. quia consignificat tempus: ergo in omni enũciatione est verbum. Unde primo multiplicantur propositiones de est secundo adiacente variando subiectum sic. homo est. homo nõ est. nõ homo est. non homo nõ est. Similiter in vniuersalibus. omnis homo est. omnis homo nõ est. omnis nõ homo est. omnis nõ homo non est. ⁊ eodem modo in particularibus ⁊ singularibus. Et similiter in extrinsecis temporibus: id est in illis de preterito ⁊ de futuro. Secundo multiplicantur propositiones de est tertio adiacente. ⁊ primo ille de predicato infinito. quia quando predicatur est tertium adiacens erunt due oppositiones: ⁊ quattuor propositiones. quarum due. s. negatiue sequuntur ad affirmatiuas de predicatis oppositis: ⁊ nõ econtra. vt istud verbum est potest vnire hoc predicatum iustus affirmatiue ⁊ negatiue. similiter hoc predicatum non iustus. Et sic erunt iste quattuor propositiones: scilicet homo est iustus. homo nõ est iustus. homo est non iustus. homo non est non iustus. que debent ordinari sicut dictum est in resolutorijs. Et similiter in vniuersalibus. omnis homo est iustus. omnis homo nõ est iustus. omnis homo est nõ iustus. omnis homo non est nõ iustus. Sed differunt vniuersales ab indefinitis. quia in indefinitis quattuor angulares propositiões possũt simul esse vere ex eo quod sunt subcontrarie: non aũt in vniuersalibus ex eo quod sunt contrarie. Similiter multiplicantur ille de subiecto infinito sic: nõ homo est iustus. non homo non est iustus. non homo est nõ iustus. non homo non est nõ iustus. Et preter istas oppositiões nõ erũt plures. Unde propositiões de subiecto infinito sunt extra illas de subiecto finito: quia nõ se habent cum eis quantum ad cõsequentias. Tertio multiplicantur propositiones de verbis adiectiuis sic. omnis homo currit. omnis homo non currit. omnis nõ homo currit. omnis nõ homo non currit. Et si querat aliquis an negatio debeat addi signo.

Secũda ps. prima multiplicatio.

secunda.

comparatio.

Correlariũ.

tertia.

questio.

Ad hoc dicitur qõ negatio debet addi termino finito ⁊ non huic signo omnis

responsio.

quia omnis non significat vniuersale:sed quoniã vniuersaliter:quod patet quia iste due omnis homo currit:omnis homo non currit.differunt ab his duabus homo currit.homo nõ currit:⁊ non nisi quia significant vniuersaliter:ergo li omnis significat vniuersaliter.

Capitulum secundum de quibusdam proprietatibus dictarum enũciationũ. ⁊ oppositionis ipsarum.

Hoc ad maiorem declarationem predictorũ ponuntur sex notabilia. Pri primũ notabile.
mum est iste due contrariantur omne animal est iustum. nullum animal est iustum.cum nõ possint simul esse vere.Sed iste nõ cõtrariantur.animal est iustũ. animal nõ est iustum:cum possint simul esse vere. Secundum notabile a negaria secundum.
riua de predicato finito.vel infinito sequitur affirmatiua de predicato oppositio posita cõstantia subiecti antecedentis.vt bene sequit.nullus hõ est iustus.ergo omnis homo est nõ iustus.Similiter aliquis homo non est iustus.ergo aliqs homo est non iustus.sed necesse est aliquem hominem esse. Et si dicat aliquis obiectio.
qõ prius dictum est qõ affirmatiue non sequuntur ad negatiuas. Ad hoc dici solutio.
tur qõ verum est.sed bene sequitur ad affirmatiuas.⁊ ad affirmatiuam illis negatiuis coniunctam. Tertium notabile.quereret aliquis an sicut refert pre tertium.
ponere vel postponere negationem termino cõmuni:etiam referat eam prepone re vel postponere termino singulari:Ad hoc dicitur qõ non.quia si fiat interrogatio de propositione singulari pura est ne socrates sapiens:⁊ quis respondeat qõ non:tunc ex illa responsione indifferenter potest inferri ista prepositio. socrates non est sapiens.vel ista.non socrates est sapiens.Sed si quis interroget per terminum cõmunẽ pura est ne omnis homo sapiens:⁊ quis respondeat qõ non. tunc ex illa responsione non potest inferri qõ omnis homo non est sapiens.sed bene inferitur qõ non omnis homo est sapiens. Quartum notabile.queret aliqs quartum.
an nomina infinita vel verba infinita essent vere negationes. Ad hoc dicitur qõ non.quia omnis negatio est vera vel falsa.sed nomen vel verbum infinitum per se sumptum nõ est verum neqꝫ falsum:ergo non est negatio. Quintũ notabile quintum.
quereret aliquis an sit ille de predicatis oppositis se habent adinuicem quo ad cõsequentias ⁊ oppositiones:ita se habeant ille de subiectis oppositis. Ad hoc dicitur qõ non.quia ille de subiectis infinitis nõ se habent quo ad cõsequẽtias vel oppositiones adinuicem:nec cum illis de subiectis finitis. Sextum notabile sextum.
quereret aliquis an sicut transpositio negationis mutat veritatem vel falsitatem propositionis:ita etiam transpositio nominũ ⁊ verborũ? Ad hoc dicitur qõ nomina ⁊ verba tranposita idem significãt:vt iste due.albus homo est:⁊ homo albus est idem significant.nam nisi sic tunc vnius affirmatiõis essent due negationes opposite qõ est contra dicta. Consequentia patet.quia negatio istius albus homo est:est ista non albus homo est.⁊ negatio istius homo est albus. est si non sit eadem cum prima est ista.non homo albus est.sed etiam illa est negatio huius.albus homo est.ergo huius affirmationis albus homo est.erunt iste due negationes.non homo albus est.⁊ nõ albus homo est:quod est falsum.

Capitulum tertium de enunciatione plures.⁊ etiam vna;⁊ quomodo valet cõsequentia a diuisis ad coniuncta ⁊ econtrario.

Enunciatio plures est quando vnum enunciatur de pluribus vel plura de Pria pars.
vno:vel plura de pluribus ex quibus nõ fit vnum:vel in qua ponitur terminus equiuocus.vt tunica est alba.si tunica significet tantũ sicut homo ⁊ equus. Et sic patet qõ interrogatio plures nõ est interrogatio dialectica:qꝛ interrogatio dialectica est interrogatio vnius partis contradictionis.⁊ ad illã Correlariũ.
debet dari vna responsio:sed interrogatio plures est interrogatio pluriũ partiũ

contradictionis:nec ad illam debet dari vna responsio. Patet etiam quia in-
correlariū, terrogatio qd̃ quid est non est interrogatio dialectica.quia interrogatio dialectica est interrogatio vnius partis contradictionis:⁊ est in libertate respondentis eligere quamcūq̃ partem voluerit. Sed interrogatio qd̃ quid est.est interrogatio vnius determinate partis.vt si quis querat quid est homo:responderi debet qd̃ est animal. Unde a diuisis ad coniuncta in aliquibus valet cōsequētia quā
Secūda ps. do illa se habent per modum determinationis ⁊ determinabilis.vt bene sequitur homo est animal ⁊ est bipes:ergo est animal bipes. Similiter sortes est homo ⁊ est albus.ergo est homo albus. Sed in tribus casibus non valet talis cōsequentia. Primus quando in cōsequente cōmittitur negatio. vt nō sequitur sortes est homo ⁊ est bipes.ergo est homo bipes.Similiter nō sequitur sortes est homo albus.⁊ est homo ⁊ est albus.ergo est homo homo. albus albus. Secūdus casus est quando diuisa predicātur per accidens de se inuicem: ita qd̃ nō se habent per modum determinationis ⁊ determinabilis.vt nō sequitur sortes est albus ⁊ est musicus:ergo est albus musicus.quia musicum est album secundū accidens. Tertius casus est quando determinatio sumitur equiuoce:vt non sequitur sortes est bonus ⁊ est cytharedus.ergo est bonus cytharedus. Similiter a coniunctis ad diuisa valet aliquādo cōsequētia vt bene sequitur sortes est homo albus.ergo est homo ⁊ est albus.Sed non valet in tribus casibus. Primus est si sit repugnātia in adiecto.vt nō sequitur adam est homo mortuus. ergo est homo:licet sequatur ergo est mortuus. Secūdus casus est quādo arguitur cum determinatione ampliante:vt non sequitur homerus est aliquid vt poeta.ergo est aliquid. Tertius casus est quando determinatio sumitur equiuoce vt nō sequitur sortes est bonus cytharedus.ergo est bonus.

Tractatus secundus est de modalibus.⁊ continet tria capitula.

Capitulum primum de modalibus quomodo sumatur in eis contradictio

Is vero determinatis:scilicet de propositionibus de inesse:videndum est de modalibus.de possibili ⁊ impossibili.cōtingenti ⁊ necessario:quia ille propositiones habēt dubitationem. Est aūt dubitatio an ad dandam
contradictionem in illis oporteat negationem ferri ad modum:vel sufficiat eam
prima pars. ferri ad verbum. Et arguitur primo qd̃ sufficiat eam ferri ad verbum.quia sicut est in illis de inesse:ita est in modalibus.sed ad dandum cōtradictionem in
ad vnā partē illis de inesse oportet negationem ferri ad verbum:ergo ⁊ in modalib⁹. Minor patet quia negatio huius est homo est ista nō est homo.⁊ nō ista est nō homo. similiter negatio huius est homo albus.est ista nō est homo albus.⁊ nō ista est homo nō est albus cum possint esse simul false.Et idem dicēdum est si ponatur verbum adiectiuum:vt negatio huius ambulat homo est ista non ambulat homo.⁊ non ista ambulat non homo:quia nihil refert dicere hominem ambulare:⁊ hominem ambulantem esse. Sed in oppositum probatur qd̃ nō sufficiat negationem ferri ad verbū.quia tunc cōtradictorie essent simul vere qd̃ est ipossibile.
ad partem oppositam. Cōsequentia patet quia iste essent cōtradictorie.possibile est esse:possibile est nō esse:⁊ ille sunt simul vere igitur. Ad dubitationem dicitur qd̃ oportet negatio
scda pars. nem ferri ad modum siue ad totam copulam. Patet quia sicut se habet verbum in illis de inesse:ita modus in modalibus.sed in illis de inesse oportet negationem ferri ad verbum.ergo in modalibus ad modum.vt negatio huius possibile est esse est ista.nō possibile est esse.⁊ nō ista possibile est nō esse.⁊ similiter in alijs modis:Et sic patet solutio ad rationem factam in oppositum. quia sicut esse ⁊ nō esse in illis de inesse sunt appositiones.id est determinationes.res vero sunt subiecta id est determinabilia.ita in modalibus esse ⁊ nō esse sunt subiecta id est

determinabilia: ⁊ modi sunt appositiões determinantes copulã ad quos ad dan dam cõtradictionem debet ferri negatio. vt negatio huius possibile est non esse: non est hec possibile est esse. quia ille se inuicem consequuntur. idest simul stant. sed est ista non possibile est non esse. ⁊ similiter huius necesse est non esse negatio est ista non necesse est nõ esse. ⁊ similiter in alijs.

Capitulum secundum de consequentijs ⁊ equipollentijs modalium.

Prima pars.

Consequentie vero modalium ab antiquis sic ordinabantur in prima linea. sortem possibile est esse. contingens est esse. non impossibile est esse nõ necesse est esse. In secunda linea sic. possibile est nõ esse. contingens est non esse. non impossibile est non esse. non necesse est non esse. In tertia linea sic non possibile est esse. non contingens est esse. impossibile est esse necesse est non esse In quarta vero sic non possibile est non esse non contingens est non esse. impossibile est non esse ⁊ necesse est esse. Sed pro equipollentijs earum secundum veritatem ponuntur alique regule. quarum prima est. Propositiones de possibili ⁊ impossibili equipollent modo vnius affirmato. ⁊ modo alterius negato. vt iste equipollent possibile est esse. ⁊ non impossibile est esse. Et sic patet qꝫ antiqui bene dixerũt in propositionibus de possibili ⁊ impossibili. Secunda regula est propositiones de possibili ⁊ necessario equipollent modo ⁊ dicto dissimiliter se habentibus vt iste equipollent. possibile est esse ⁊ nõ necesse est nõ esse.

Secũda ps. pria regula.

correlarium. secundum.

Et sic patet qꝫ antiqui bene dixerunt de propositionibus de necessario in tertia ⁊ quarta lineis. sed nõ in prima ⁊ secunda. Unde in prima non debet poni hec propositio non necesse est esse quod patet tribus rationibus. Prima est quia propositiones de impossibili ⁊ necessario equipollent modo similiter se habente ⁊ dicto dissimiliter. ergo iste equipollent. impossibile est esse ⁊ necesse est nõ esse. ⁊ per consequens iste due equipollent non impossibile est esse. ⁊ nõ necesse est non esse. Sed prima ponitur in prima linea ergo ⁊ secunda: ⁊ non ista nõ necesse est esse. Secunda ratio est bene sequitur necesse est esse. ergo possibile est esse. qꝛ contradictorium consequentis quod contrariatur antecedenti scilicet impossibile est esse non potest stare cum antecedente. Et vltra sequitur possibile est esse. ergo non impossibile est esse. ⁊ vltra secundum antiquos. non impossibile est esse. ergo non necesse est esse. ⁊ sic vnum contradictorium sequeretur ad reliquum qꝫ est impossibile. Tertia ratio est ista. non necesse est esse sequitur ad istam impossibile est esse. ad quam non sequitur ista possibile est esse cum sit eius contradictoria: ergo iste due non equipollent possibile est esse. ⁊ non necesse est esse. Sed in prima linea debet poni ista nõ necesse est nõ eẽ. ⁊ in secũda ista nõ necesse ẽ esse.

Correlariũ. tertia pars.

Capitulum tertium mouet ⁊ soluit dubium vtrum ad necessariũ esse sequatur possibile esse.

Ed circa predicta dubitatur vtrum ad necesse esse sequatur possibile esse.

Et arguitur qꝫ sic. Nam si non sequatur necesse est esse. ergo possibile est esse. tunc oppositum consequentis scilicet impossibile est esse stabit cum antecedẽte. sed hoc est falsum cum ei contrarietur. ergo illa cõsequentia est bona. In oppositum arguitur. nam bene sequitur. possibile est esse. ergo possibibile est non esse. quia quod potest incidi potest non incidi. ergo si sequatur necesse est esse. ergo possibile est esse. de primo ad vltimum bene sequitur necesse est esse. ergo possibile est non esse: ⁊ sic ad vnum contradictorium sequeretur alterum.

Prima ps. ad partem affirmatiuã. ad negatiuã.

D dubium dicitur qꝫ non omnes potentie valent ad opposita: quia potẽtiarum quedam sunt rationales; ⁊ ille valent ad opposita. Alie sunt irrati

scꝫa pars.

onales:⁊ ille sunt duplices.quia quedam sunt semper in actu.vt spera ignis est semper in actu calefaciendi:⁊ ille non valent ad opposita. Alie sunt que nō semper sunt in actu.vt sunt potentie motiue aliorum animalium ab homine:⁊ ille bene valent ad opposita. Unde potentie eiusdem speciei non valent ad opposita. Secundo dicitur qꝫ possibile capitur dupliciter. Uno modo pro necessario vel contingenti:⁊ sic ad necesse esse bene sequitur possibile esse. Alio modo capitur pro illo quod non est necessarium.⁊ sic ad necesse esse nō sequitur possibile esse. Ex dictis patet quod illa que sunt de necessitate sunt priora illis que solum possibiliter sunt.quia illa semper sunt actu:hec aūt aliquando actu ⁊ aliquando potentia. Unde quedam sunt entia que semper sunt actu vt prime substantie.alia vero que aliquando sunt actu. ⁊ aliquando potentia: prius tamen in potentia q̃ in actu. Alia vero sunt que nunquam sunt actu sed semper potestate.vt in infinitum est motus. De contrarietate an debeat sumi ex parte modi enunciandi.an ex parte contrariorum extremorum.

correlariū.

Tractatus tertius continens vnum capitulum in quo mouetur ⁊ soluitur dubitatio:vtrum oppositio propositionum attendatur penes oppositionē predicatorum manente eodem subiecto:vel penes contrarium modū enunciandi.

Ubitatur an contrarietas propositionū debeat sumi ex parte modi enunciandi:an ex parte contrariorum extremorum. Et vtrum iste contrarientur omnis homo est iustus.nullus homo est iustus.similiter callias est iustus.callias non est iustus. An iste due.omnis homo est iustus.omnis homo est iniustus. similiter iste callias est iustus.callias est non iustus. Ad dubium dicitur primo qꝫ illa que sunt in voce sequuntur ea que sunt in anima.ideo si opinio huiꝰ omnis homo est iustus.contrarietur opinioui huius.omnis homo est iniustus. ita erit in vocalibus ⁊ si econtra similiter. Secundo dicitur qꝫ in propositionibus mentalibus contrarietas sumenda est ex parte contrarij modi enunciandi ⁊ non ex parte contrariorum extremorum. Quod octo rationibus patet. Prima ratio est ista non contrariantur bonum est bonum.⁊ malum est malum cum sint simul vere.⁊ tamen sunt de contrarijs extremis .igitur non sumitur contrarietas ex parte contrariorum extremorum. Secūda ratio est huic orationi bonum est bonum contrariatur hec bonum non est bonum .aut aliqua alia que significat bonum esse quod nō est.aut non esse quod est.sed nulla alia sibi contrariatur cum tunc infinite id est valde multe propositiōes eidem contrariarentur igitur ei contrariatur ista bonum non est bonum. Tertia ratio propositioni primo vere opponitur propositio primo falsa:sed hec bonum est bonum est primo vera cum sit vera quā cito est.ergo ei opponitur ista bonum non est bonum que est primo falsa. Quarta ratio est.ista semper est vera bonum est bonum. ergo ei contrariatur ista bonum non est bonum que est per se falsa.⁊ non ista bo bonum est malum que est secundum accidens falsa. Quinta ratio ē ista bonū non est bonum magis distat ab hac bonum est bonum quam ista bonum est malum cum negatio plus distet ab affirmatione:quam affirmatio ab affirmatione ergo magis ei contrariatur quam altera. Sexta ratio est ista bonum non est bonum explicite contrariatur huic bonum est bonum.hec aūt bonum est malum implicite solum:ergo prima magis ei contrariatur quam secunda. Septima ratio modus sumendi contrarietatē ex pte cōrrariorū extremorū nō est cōmunis omnibus propositionibus:vt patet de hac propositiōe homo est homo cui

primа pars.

secūda pars.

primа ratio.

secunda.

tertia.

quarta.

quinta.

sexta ratio.

septima.

non contrariatur ex parte predicati aliqua licet bene ex parte modi enunciandi puta hec homo nō est homo que falsa est. quia qui hominē nō putat esse hominē falsus est. ergo talis modus sumendi contrarietatem non est bonus.

Octaua ratio sicut se habēt iste due bonum est bonum ⁊ non bonum est bonū: ita ille due bonum nō est bonum. ⁊ nō bonum nō est bonū. ergo per locum a trāsmutata proportione sicut se habent ille due. non bonum est bonum: ⁊ nō bonum non est bonum: ita ille due bonum non est bonum: ⁊ bonum est bonū. sed due prime contrariantur. quia illi non bonum nō est bonum non contrariatur ista non bonum est non bonum: neqꝫ illa nō bonum est malum. ergo etiam due secunde cōtrariātur. octaua.

Ex dictis patet primo qd nō differt si tales propositiones sint vniuersales vel indefinite. quia semper in eis sumitur oppositio ex parte modi enūciandi: ⁊ non ex parte extremorum. primum corrolarium.

Patet secundo qd ex quo in mētalibus sumitur contrarietas ex parte modi enunciandi. ita etiam in vocalibus. vt contraria huius omnis homo est bonus est ista. nullus homo est bonus: ⁊ eius contradictoria non omnis homo est bonus. secundum.

Patet tertio qd opinioni vere neqꝫ contrariatur neqꝫ contradicit opinio vera. quia licet contraria sint opposita circa idē non tamen eidem inesse possunt. Et hec de secundo libro peryarmenias. tertium.

Liber primus priorum analecticorum est de generatione syllogismorum: ⁊ inuentione medii idonei. ⁊ reductione syllogismorum in proprias figuras. ⁊ cōtinet septem tractatus.

Tractatus primus est de quibusdam preambulis ad intentum. Et continet tria capitula cum intento.

Capitulum primum de quo est intentio.

Primum oportet dicere circa quid: ⁊ de quo est intentio: quoniā circa demōstrationē: ⁊ de disciplina demonstratiua: Deinde determinare quid propositio. ⁊ quid terminus. quid syllogismus. quis perfectus. ⁊ quis imperfectus. Postea vero quid est in toto esse vel nō esse hoc in illo. ⁊ quid dicimus de omni. aut de nullo predicari.

Secundum capitulū. quid propositio. quid terminus. quid syllogismus. q̄s perfectus. quis imperfectus.

Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo. Et est triplex. quia quedam est vniuersalis. quedam particularis. ⁊ quedam indefinita. Prepositio vniuersalis est que omni aut nulli inesse significat. Propositio particularis est que alicui. aut non alicui. aut non omni inesse significant. Propositio indefinita est que inesse. vel non inesse significat sine signo vniuersali vel particulari: vt contrariorum eadem est disciplina. voluptas non est summū bonum. Unde propositio demonstratiua differt a dialectica. quia demonstratiua est sumptio alterius partis cōtradictionis. Quia qui demonstrat non interrogat: sed sumit vnam partem determinate. Propositio vero dialectica est interrogatio contradictionis. Sed tamen in hoc conueniūt quia sunt propositiones syllogistice. Nam qui interrogat ⁊ qui demonstrat syllogisat aliquid de aliquo esse vel non esse. Et ita diffinitio propositionis syllogistice simul conuenit tam demonstratiue q̄ dialectice. Nam syllogistica propositio simpliciter est affirmatio vel negatio alicuius de aliquo. Sed demonstratiua est propositio vera per primas propositiones ostensa. Dialectica vero ē interrogatio contradictionis. sed quando ponitur in syllogismo est sumptio apparētis ⁊ pbabilis. Et hec pro nūc de illis dicta sufficiant. Unde termin⁹ē in quē. resoluit propositio carbegorica vt p̄dicatū: ⁊ de quo p̄dicat apposito vl diuisio eē vel nō eē. Syllogismus vero ē oō in qua positis q̄busdā aliud q̄dē ab

Pria pars.

vniuersalis.

particularis

indefinita.

comparatio.

cōuenientia.

terminus.

Scda pars.

bis que posita sunt ex necessitate accidit: eo qõ hec sũt. Ultima particula patet quia syllogismus est qui nullius indiget termini extrinseci ad hoc quod sequatur conclusio. Sed syllogismus perfectus est: qui nullius alterius indiget preter ea que sumpta sunt vt appareat necessarius. Imperfectus vero est qui indiget vnius aut plurium que sunt quidem necessaria per sumptos terminos. nõ aũt per sumptas propositiones.

syllogismus perfectus.
impfectus

Capitulum tertium de esse in toto. dici de omni. ⁊ dici de nullo.

In toto esse ⁊ dici de omni idem sunt. similiter in toto non esse ⁊ dici de nullo. Unde dici de omni est quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur predicatum. Et dici de nullo est quando nihil est sumere subiecti a quo nõ removeatur predicatum.

diffinitio.
diffinitio.

Capitulum quartum de diuisionibus propositionis ⁊ conuersione propositionum de inesse de necessario ⁊ contingenti.

Propositio tripliciter diuiditur. Prima diuisio est. Propositionũ alia de inesse. alia de necessario. ⁊ alia de contingeti. Secunda diuisio. Propositionum quedam sunt affirmatiue. ⁊ quedam negatiue. Tertia diuisio. Propositionum affirmatiuarũ vel negatiuarum: alia sunt vniuersales: alie particulares: ⁊ alie indefinite. Vniuersalis negatiua de inesse conuertitur in vniuersalem negatiuam simpliciter: vt nulla voluptas est bonum: ergo nullum bonum est voluptas. Sed vniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuã. vt omnis voluptas est bonum: ergo aliquod bonum est voluptas. Particularis vero affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam vt quedam voluptas est bonum. ergo quoddam bonũ est voluptas. Sed particularis negatiua non conuertitur: quia nõ sequitur aliquod animal non est homo. ergo aliquis homo nõ est animal. Prima pars patet. nam si nõ sequitur nullum. a. est. b. ergo nullum. b. est. a. tunc oppositum cõsequentis scilicet aliquod. b. est. a. stabit cum antecedente. ⁊ si aliquod. b. est. a. tunc aliquid idem erit b. ⁊ a. signetur illud ⁊ sit. c. tunc arguitur sic. c. est. b. ⁊ c. est. a. ergo aliquod. a. est b. modo illa repugnat antecedenti scilicet nullum. a. est. b. Sed secunda ⁊ tertia partes patent quia si nõ sequatur omne. a. est. b. vel aliquod. a. est. b. ergo aliquod. b. est. a. tunc oppositum cõsequentis scilicet nullum. b. est. a. stabit cum antecedente: sed hoc est falsum. quia per primam partem bene sequitur nullum. b. est. a. ergo nullum. a. est. b. modo illa contradicit antecedẽti scilicet aliquod. a. est b. Sed quarta pars patet quia non sequitur aliquod animal non est homo. ergo aliquis homo non est animal. Et similiter in propositionibus de necessario vniuersalis negatiua conuertitur in vniuersalem negatiuam. vt bene sequitur omne. a. non esse. b. est necesse: ergo omne. b. non esse. a. est necesse. Nam si aliquod. b. non esse. a. est contingens: etiam aliquod. a. non esse. b. est contingens. Similiter vniuersalis ⁊ particularis affirmatiue conuertuntur in particularem affirmatiuam. vt bene sequitur. omne. a. esse. b. est necesse. vel aliquod. a. esse. b. est necesse: ergo aliquod. b. esse. a. est necesse. quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Nam si nullum. b. esse. a. est necesse: etiam nullum a. esse. b. est necesse. sed particularis negatiua in illis non conuertitur sicut nec in illis de inesse. Similiter in propositionibus de contingenti. Unde contingẽs capitur tripliciter. Uno modo pro necessario. Secundo modo prout conuertitur cũ possibili. tertio pro cõtingẽti specialiter. Uno modo in affirmatiuis de cõtingẽti sic habet locũ cõuersio sicut in illis de inesse. Nã bene sequit oẽ. a. esse b. ẽ cõtingens vel aliqõ. a. esse. b. est cõtingẽs. ergo aliqõ. b. esse. a. est cõtingẽs. nã si nullũ. b. esse. a. est cõtingens. Etiã nullũ. a. esse. b. erit cõtingẽs. Sed negatiue

Prima ps. pria diuisio.
secunda.
tertia.
Scda pars.
pria regula.
secunda.
tertia.
quarta.
pria regula probatur.
scda ⁊ tertia.
quarta.
tertia pars.
quarta ps.
pria regula.
secunda.

non similiter conuertuntur nisi sint de contingenti pro necessario: vel de contingenti pro possibili: tunc enim similiter conuertuntur. Nam bene sequitur hominem esse equum est contingens. ergo nullum equum esse hominem est contingens. nam si aliquem equum esse hominem est necesse. tunc aliquem homine esse equū est necesse. Similiter nullū albū esse tunicā est cōtingens: ergo nullā tunicā esse albā est cōtingēs. Nā si aliquā tunicā esse albā est necesse tūc aliqō albū esse tunicā est necesse. ⁊ particularis negatiua similiter non cōuertitur sicut nec illa de inesse. Sed vniuersalis negatiua de contingenti specialiter non conuertitur in terminos. particularis aūt conuertitur in oppositam qualitatem: vt videbitur in capitulo de contingenti. Sed quereret aliquis an ista nullum. a. esse. b. est contingens sit negatiua. Ad hoc dicitur qō illa ⁊ similes habent affirmatiuam figuram. Nam sicut se habet hoc verbum est in illis de inesse. ita li contingit in illis de contingenti. sed propositio de inesse non est negatiua nisi hoc verbum est negetur: ⁊ ideo iste nō sunt negatiue. hoc est non bonum. hoc est non album. ergo etiam nec ille de contingenti erunt negatiue. nisi li contingit negetur. questio. solutio.

Tractatus secundus est de syllogismis de inesse in tribus figuris: ⁊ continet quattuor capitula.

Capitulum primū de prima figura: terminis eiusdem ⁊ modis ipius tam vtilibus q̄z inutilibus.

Is vero determinatis: iam dicendum est per que. ⁊ quando. ⁊ quomodo fit syllogismus. Postea dicetur de demonstratione. Sed prius dicendū est de syllogismo. quia syllogismus est vniuersalior demonstratione. omnis enim demonstratio est syllogismus. sed non econuerso. Unde prima figura est quando tres termini sic se habent adinuicem vt postremus sit in toto medio. ⁊ medius in toto primo: vel sic vel nō sic necesse est extremitatum perfectum esse syllogismū. Sed medium est quod est in alio. ⁊ aliud in ipso: ⁊ est positione medium. Sed extremum est quod est in alio tantū: vel in quo est aliud tantum. Unde in modis vniuersalibus quando ambe premisse sunt vniuersales affirmatiue sequitur vniuersalis affirmatiua: ⁊ regulatur ille syllogismus per dici de omni. vt omne. b. est. a. ⁊ omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. Similiter quando maior est vniuersalis negatiua. ⁊ minor vniuersalis affirmatiua sequitur vniuersalis negatiua. ⁊ regulatur per dici de nullo. vt nullum. b. est. a. ⁊ omne. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. Sed quando maior est vniuersalis affirmatiua. ⁊ minor vniuersalis negatiua non valet syllogismus: quia ibi dandi sunt termini in quibus omni. vt animal. homo. equus. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal. homo. lapis. Similiter quādo ambe sunt vniuersales negatiue non valet syllogismus: quia dandi sunt termini in quibus omni: vt scientia. linea. medicina. ⁊ termini in quibus nulli. vt scientia. linea. vnitas. Et sic patet quomodo in modis vniuersalibus fit syllogismus. Sed in modis particularibus quando maior est vniuersalis siue affirmatiua siue negatiua. ⁊ minor particularis affirmatiua sequitur particularis affirmatiua vel negatiua. ⁊ talis syllogismus regulatur per dici de omni vel dici de nullo: cum maior extremitas in maiore vniuersaliter dicatur de medio. Unde maior extremitas est in qua est medium. Et minor extremitas est que est sub medio. exemplum dicte conclusionis in darij. vt omne. b. est. a. ⁊ aliquod. c. est. b. ergo aliquod. c. est. a. Et in ferio sic nullum. b. est. a. c. est b. ergo. c. non est. a. Et similiter fieret syllogismus si minor est indefinita. Nam idem est syllogismus indefinito ⁊ priculari sumpto. Sed quando maior est pricularis. ⁊ minor vniuersalis siue affirmatiua siue negatiua nō valet syllogismus. Nā quādo minor est affirmatiua termini in q̄b⁹oi sūt bonū. habitus. prudētia.

cōtinuatio.

Prima ps.

medium.

extremum.

Secda pars.

barbara.

celarent.

prīa iutilis.

secunda.

darii ferio.

diffinitio.

diffinitio.

tertia inutilis.

Quarta inutilis.

probatio.

quinta inutilis.

primũ correlariũ.

Secundum.

Tertium.

Scda pars.

extremitates

maior extre.

minor extre.

medium.

secũda pars.

cesare.

camestres.

prima cõbinatio iutilis

scda inutilis

tertia pars.

festino.

baroco.

tertia iutilis

& termini in quibus nulli sunt bonũ. habitus. indisciplina. Sed quando minor est negatiua. termini in quibus omni sunt albũ. equus. cignus. & termini in q̃b⁹ nulli sunt albũ. equus. corvus. & idẽ si maior sit indefinita. Silr quãdo maior ẽ vniuersalis affirmatiua vel negatiua & minor particularis vel indefinita negatiua nõ valet syllogismus. quia quando maior est affirmatiua termini in quibus omni sunt animal homo album capiendo album pro cigno. & termini in quibus nulli sunt animal. homo. nix. Sed quando maior est negatiua termini in quibus omni. vt animatum. homo album. capiendo li album pro animali. termini vero in q̃bus nulli sunt. homo. cignus. & nix. Quod aũt tales modi sint inutiles quãdo minor est negatiua patet sic ex indefinito: quia quando ambe premisse sunt vniuersales. tunc ambabus negatiuis. vel minore negatiua nihil sequitur. ergo nec etiam quando ambe premisse sunt particulares negatiue. vel minor particularis negatiua. quia quicquid nõ sequitur ad antecedens bone cõsequentie non sequitur ad eius cõsequens. Similiter quando ambe premisse sũt particulares. vel indefinite ambe affirmatiue. vel ambe negatiue. siue vna affirmatiua. & alia negatiua: non valet syllogismus. quia tunc dãtur termini in quibus omni: vt animal. album. homo. & termini in quibus nulli. vt animal. album. lapis. Ex dictis patet primo q̃ si debeat fieri sillogismus in prima figura. necesse est terminos sic se habere sicut diximus. Sequitur secundo q̃ omnes syllogismi prime figure sunt perfecti & regulantur per dici de omni vel de nullo. Tertio sequitur q̃ omnia pbleumata pura. vniuersale particulare affirmatiuũ & negatiuum concluduntur per hanc figuram.

Secundum capitulum de secunda figura. & terminis eius & modis ip̃ius tam vniuersalibus q̃z particularibus.

Secunda figura est quando idem huic quidem omni inest illi vero nulli: vl' vtriq̃z omni vel vtriq̃z nulli. Sed medium secunde figure est quod de vtraq̃z extremitate predicatur. Extremitates vero sunt de quibus dicitur medium Sed maior extremitas est que iuxta medium possita est. Et minor extremitas est que longius sita est a medio Et medium in hac figura est foras extremitatum & primum positione. Unde in secunda figura nullus fit syllogismus perfectus. Sed syllogismi eius tamen possunt perfici. Unde in modis vniuersalib⁹ quando ambe premisse sunt vniuersales vna affirmatiua & altera negatiua: sequitur vniuersalis negatiua. vt nullum. n. est. m. & omne. p. est. m. ergo nullum. p. est. n. Et reducitur talis syllogismus ad celarẽt per conuersionem simplicem maioris. Similiter reducitur ad ferio capiendo oppositum conclusiones cum maiore. Similiter in camestres sic. omne. n. est. m. nullũ. p. est. m. ergo nullum. p. est. n. Et reducitur talis syllogismus ad celarẽt per conuersionem simplicem minoris & conclusionis: & per transpositionẽ premissarum. Et ad darii capiendo oppositum conclusionis cum maiore. Sed duo sunt modi inutiles. Primus modus est quando ambe premisse sunt affirmatiue. quia tunc dantur termini in quibus omni: vt substantia. animal. homo. & termini in quibus nulli: vt substantia. animal. lapis. Secundus modus est quando ambe sunt negatiue. quia tunc dantur termini in quibus omni scz linea. animal. homo. & termini in quibus nulli scz linea. animal. lapis. Similiter duo sunt modi vtiles particulares puta quãdo maior est vniuersalis negatiua. & minor particularis affirmatiua. Vel maior vniuersalis affirmatiua: & minor particularis negatiua: sequitur particularis negatiua in festino vel baroco. Et reducit festino ad ferio maiore cõuersa simpliciter. Similiter reducit ad celarẽt capiẽdo oppositũ cõclusionis cũ maiore. Baroco aũt nõ reducit per cõuersionẽ sed per ipossibile ad barbara. Sed quinq̃z

sunt modi inutiles. Primus est quando maior est particularis negatiua. ⁊ minor vniuersalis affirmatiua nõ valet syllogismus. quia tunc dantur termini in quibus omni: vt animal substãtia corruus. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal album corruus. Secundus modus est quando maior est particularis affirmatiua. ⁊ minor vniuersalis negatiua. tunc enim dandi sunt termini in quib⁹ omni. vt substantia: animal: lapis. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal. substantia. scientia. Tertius modus inutilis est quando ambe premisse sunt affirmatiue vel negatiue. maior vniuersalis. ⁊ minor particularis nõ fit syllogismus. qr quãdo ambe sunt negatiue dandi sunt termini in quibus omni dũmodo minor nõ secum cõpatiatur suam subcontrariam in veritate. ⁊ termini in quibus nulli. vt nigrum. nix. animal. Quod aũt isti tres modi sint inutiles patet. quia ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis vel negatiuis non sequitur conclusio. ergo neqꝫ etiam quãdo altera premissarũ est particularis. Similiter si ambe sint affirmatiue dabiles sunt termini in quibus nulli. vt album. cignus. lapis. ⁊ termini in quibus omni nõ sunt dandi quãdo minor cõpatitur suam subcontrariã in veritate. Quartus modus inutilis est quãdo ambe premisse sunt affirmatiue vel negatiue maior particularis ⁊ minor vniuersalis. tunc enim nihil sequitur. qr dantur termini in quibus omni quando ambe sunt negatiue. vt album. animal. corruus. ⁊ termini in quibus nulli. vt album. lapis. corruus. Sed si ambe sint affirmatiue termini in quibus omni sunt album animal cignus. ⁊ tremini in quibus nulli sunt. album animal nix. Vltimus modus inutilis est quando ambe sunt particulares. tunc enim dantur termini in quibus omni. vt album animal homo. ⁊ termini in quibus nulli: vt album animal inanimatum. Ex dictis patet primo quõ debeat fieri syllogismus in secunda figura. Patet secundo qꝛ omnes syllogismi huius figure sunt imperfecti. ⁊ perficiuntur per conuersionẽ ad impossibile. Patet tertio qꝛ in hac figura nõ concluditur affirmatiue sed solum negatiue particulariter ⁊ vniuersaliter. De tertia figura ⁊ modis eius tam particularibus q̃ vniuersalibus.

Quarta inutilis.

Quinta.

Sexta.

septima.

primũ corrolarium.

Secundum.

Tertium.

Capitulũ tertium de syllogismis de inesse in tertia figura.

Tertia figura est quãdo eidem hoc quidem omni illud vero nulli inest: vel ambo omni vel nulli. Sed medium tertie figure est de quo ambo predicãtur. Extremitates vero sunt que predicantur de medio. Sed maior extremitas est que longius a medio posita est. Minor aũt extremitas est que propinquius ponitur medio. Vnde in hac figura medium est foras extremitatũ ⁊ vltimum positione. Similiter in hac figura nullus fit syllogismus perfectus: sed quilibet perfici potest. Vnde in hac figura sunt duo modi vniuersales vtiles. Primus modus vtiles est quando ambe premisse sunt vniuersales affirmatiue sequitur particularis affirmatiua in darapti. vt omne. s. est. p. ⁊ omne. s. est. r. ergo quoddam. r. est. p. Et reducitur talis syllogismus ad darij per conuersionẽ minoris per accidẽs: ⁊ per impossibile ad celarent. Secundus modus est quãdo maior est vniuersalis negatiua. ⁊ minor vniuersalis affirmatiua. sequitur particularis negatiua in felapton. Et reducitur ad ferio per conuersionem minoris per accidens: ⁊ per impossibile ad barbara potest probari. Isti duo modi possunt etiã probari per expositionem. Sed duo sunt modi vniuersales inutiles.

prima pars. medium. extremitates maior extre. minor extre.

secũda pars. darapti.

felapton.

Primus est. quando maior est vniuersalis affirmatiua. ⁊ minor vniuersalis negatiua nihil sequitur. quia ibi dandi sunt termini in quibus omni. vt animal equus. homo. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal. inanimatum. homo. Secundus modus inutilis est quando ambe sunt negatiue. tunc enim dantur termini in quibus omni. vt animal. equus. inanimatum. ⁊ termini in quibus nulli.

prima inutilis

secunda.

vt homo equus: inanimatum. Et sic patet qualiter fit syllogismus vniuersalis in tertia figura. Sed quattuor sunt modi particulares vtiles. quorum duo primi sunt quando ambe premisse sunt affirmatiue. vna vniuersalis. ⁊ altera particularis. sequitur particularis affirmatiua in darisi vel disamis. ⁊ reducuntur per cõuersionẽ ad darii: ⁊ per impossibile darisi ad ferio. ⁊ disamis ad celarent. ⁊ possunt etiam probari per expositionẽ. Duo alij modi sunt quando maior est vniuersalis vel particularis negatiua ⁊ minor vniuersalis vel particularis affirmatiua sequitur particularis negatiua in ferison ⁊ bocardo. ⁊ reducitur ferison ad ferio per conuersionem simplicem minoris: ⁊ ad darij per impossibile. Bocardo vero ad ba rbara per impossibile. ⁊ possunt etiam probari per expositionem.

tertia pars. disamis. darisi ferison. bocardo.

Tertia ⁊ q̃rta inutiles.

Similiter quattuor sunt modi particulares inutiles. quorum duo primi sunt quando maior est vniuersalis vel particularis affirmatiua. ⁊ minor vniuersalis vel particularis negatiua nihil sequitur. quia quando maior est vniuersalis termini in quibus omni sũt animatum. homo. animal. sed termini in quibus nulli nõ sunt dandi si minor secum pariatur suam subcontrariã in veritate. Sed quando minor est particularis termini in quibus omni sunt homo. animal. ferũ. ⁊ termini in quibus nulli sũt animal scientia ferum. Tertius modus inutilis est quando ambe sunt negatiue. vna particularis. ⁊ altera vniuersalis. quia quãdo maior est particularis dantur termini in quibus omni vt animal. homo ferũ. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal. scientia ferum. Sed si maior sit vniuersalis termini in quibus omni nõ sunt dandi si minor secum pariatur suam subcontrariam in veritate. termini vero in quibus nulli sunt corvus. nix. album. Vltimus modus inutilis est quando ambe premisse sunt particulares. tunc enim dantur termini in quibus omni. vt animal. homo. album. ⁊ in quibus nulli vt animal inanimatum. album. Ex dictis primo patet qualiter fit syllogismus in tertia figura. Patet secũdo qꝫ omnes syllogismi huius figure sunt imperfecti. Patet tertio qꝫ in hac figura non concluditur vniuersaliter sed solum particulariter affirmatiue vel negatiue.

Quinta. Sexta. Correlariũ. Secũdũ correlarium. tertium.

Capitulũ quartũ in quo ponũtur quedam correlaria ⁊ notabilia que sequuntur ex dictis.

Primũ correlarium. Secundum.

Xistis manifestũ est qꝫ in nulla figura aliquid sequitur ex puris particularibus q̃litercunqꝫ disponãtur secũdũ qualitatẽ. Secũdo sequitur qꝫ ex maiore affirmatiua siue vniuersali siue priculari. ⁊ minore vniuersali negatiua seqtur particularis negatiua indirecte cocludendo in qualibet figura: in fapesmo ⁊ frisesomorũ. Et reducũtur illi modi ad ferio per cõuersionẽ ⁊ trãspositionẽ premissarũ. Tertio seqtur qꝫ de pticularib⁹ ⁊ indefinitis idem est iudiciũ. quo ad syllogismũ. Quarto seqtur qꝫ oẽs syllogismi impfecti perficiunt̃ per reductionẽ ad primã figurã. qr oẽs ostẽduntur esse eundẽtes aut per cõuersionem aut per ipossibile aut ostẽsiue. Quinto sequitur quod oẽs syllogismi secunde ⁊ tertie figurarũ ⁊ etiam syllogismi particulares prime figure reducuntur ad modos vniuersales prime figure. Patet quia modi vniuersales secũde figure reducuntur ad celarent per conuersionem. ⁊ etiam modi particulares eiusdem per impossibile reducuntur ad modos vniuersales scilicet festino ad celarent: per baroco ad barbara. Particulares vero prime figure reducuntur per impossibile ad modos vniuersales secunde. puta darij ad camestres: ⁊ ferio ad cesare. ⁊ illi modi iterum reducuntur ad modos vniuersales prime figure. ergo modi particulares prime figure reducuntur ad modos vniuersales eiusdem. Similiter modi vniuersales tertie figure reducuntur ad modos vniuersales prime per impossibile. Particulares vero reducuntur per conuersionem ad particu-

Tertium. Quartum. Quintum.

lares prime: excepto bocardo qui per ipossibile reducitur ad barbara. ⁊ illi modi particulares reducũtur ad modos vniuersales eiusdem vt dictum est. ergo omnes alij a modis vniuersalibus prime figure ad ipos reducuntur.

Tractatus tertius est de syllogismis ⁊ propositiõibus de necessario. ⁊ mixtis ex vna de necessario ⁊ alia de inesse: ⁊ continet duo capitula.

Capitulum primũ de syllogismis ex propositionibus de necessario in quali bet trium figurarum.

Illogismi ex propositionibus de necessario ⁊ de contingenti sunt diuersi a syllogismis de inesse. patet quia propositiones de necessario ⁊ de inesse sunt diuerse. quia non omne quod inest ex necessitate inest: ergo syllogismi ex illis propositionibus constituti sunt diuersi. Illi tamẽ syllogismi fere eodẽ modo fiunt sicut illi de inesse: ⁊ in hoc cõueniunt cum eis. quia perfecti syllogismi de necessario regulantur per dici de omni vel per dici de nullo: ⁊ imperfecti perficiuntur per conuersionẽ. Sed tamen in hoc est differentia quia in syllogismis de esse. syllogismi de baroco ⁊ bocardo bene reducũtur per impossibile ad barbara sed nõ in propositionibus de necessario. Sed tales syllogismi probantur esse euidentes per expositionẽ.

Capitulum secundũ de syllogismis ex vna de necessario: ⁊ alia de inesse in qualibet trium figurarum.

Ro formatiõe syllogismorũ ex vna de necessario ⁊ altera de inesse ponũtur alique conclusiones. Quarum prima est ex maiore de necessario ⁊ minore de inesse in quolibet modo prime figure sequitur conclusio de necessario.

Secunda conclusio ex maiore de inesse. ⁊ minori de necessario nõ sequitur conclusio de necessario. Patet sic quia tunc ex veris sequeretur falsum. vt patet sic arguendo in prima figura. omne animal mouet. ⁊ omnis homo necessario est animal. ergo omnis homo necessario mouetur. ibi conclusio est falsa ⁊ premisse sunt vere. Et similiter potest dari instantia in quolibet aliorum modorũ siue vniuersalium siue particularium. Sed pro secunda figura ponuntur due conclusiones.

Quarum prima est si negatiua premissa fuerit de necessario ⁊ affirmatiua de inesse sequitur conclusio de necessario tã in cesare q̃z in festino: vt potest probari exẽplariter. Secũda cõclusio si negatiua sit de iesse ⁊ affirmatiua de necessario nõ sequit cõclusio de necessario quod patet tripliciter. Primo quia reducẽdo talem syllogismũ ad primã figuram maior esset de inesse. modo maiore de inesse in prima figura nõ sequitur conclusio de necessario. Secundo patet qr ex maiore de camestres que ponitur de necessario cum opposita conclusionis de camestres infertur in darij conclusio de necessario repugnans minori que ponebatur de inesse: ergo si negatiua sit de inesse nõ sequitur conclusio de necessario. Tertio patet quia datur instantia. nõ enĩ sequitur omnis homo de necessitate est animal. ⁊ nullum album est animal. ergo omne album de necessitate nõ est homo. Et similiter posset dari in baroco. ⁊ sic in camestres ⁊ baroco nullo modo valet mixtio ex vna de necessario. ⁊ altera de inesse. Sed pro tertia figura ponuntur septem conclusiones. Quarum prima est. ex vna de necessario. ⁊ altera de inesse quecunq̃z premissa fuerit de necessario in darapti: sequitur cõclusio de necessario ⁊ reducitur ad darij per conuersionẽ minoris per accidens. Secunda conclusio est in felapton maiore de necessario. ⁊ minore de inesse sequitur cõclusio de necessario. ⁊ reducitur ad ferio. Tertia cõclusio in felapton maiore de inesse. ⁊ minore de necessario nõ sequitur conclusio de necessario. Patet quia tunc reducendo talem syllogismũ ad primã figuram maior esset de inesse ex qua in prima figura nõ sequitur conclusio de necessario. Etiam datur instantia. nõ enĩ sequitur nullus

pria cõclusio

Secunda.

prima pars.

pria cõclusio secunda.

Scõa pars.

Tertia.

Quarta.

Cõparatio

tertia pars

quinta.

sexta.

septima.

octaua equus est bonus. ⁊ omnis equus de necessitate est animal. ergo quoddam animal de necessitate nō est bonū. cum antecedens sit verū ⁊ cōsequens falsum. Quarta conclusio est in modis particularibus affirmatiuis vniuersali existente de necessario ⁊ particulari de inesse: sequitur conclusio de necessario. ⁊ hoc verum est

nona in datisi: sed nō in disamis. Quinta conclusio in modis particularibus affirmatiuis vniuersali de inesse ⁊ particulari de necessario nō sequitur conclusio de necessario. ⁊ hoc verum est in datisi. qz nō sequitur omne animal vigilat. quoddā animal de necessitate est bipes. ergo quoddā bipes de necessitate vigilat. sed non

decima est verum in disamis. Sexta conclusio in ferison maiore de necessario ⁊ minore de inesse: sequitur conclusio de necessario.

vndecima Vltima conclusio in modis particularibus negatiuis si affirmatiua sit de necessario ⁊ negatiua de inesse: non sequitur conclusio de necessario. Et vt dicit philosophus in bocardo nullo modo valet mixtio ex vna de inesse ⁊ altera de necessario. qd tamē nō est verum quando

primum corrolarium maior est de necessario. Ex predictis primo patet ꝙ ad cōcludendū cōclusionē de inesse oportet ambas premissas esse de inesse. sed ad cōcludendū conclusionē

secundum de necessario sufficit vnam esse de necessario. Patet scdo ꝙ conclusio semper debet esse similis alicui premissarum in hoc quod est esse de inesse vel de necessario.

tertium Patet tertio ꝙ nō potest concludi conclusio de necessario vel de inesse nisi aliqua premissarum sit de necessario vel de inesse. Et hec de syllogismis de necessario dicta sufficiant.

Tractatus quartus est de syllogismis ex propositionibus de contingenti. vel ex vna de contingenti ⁊ alia de inesse. vel ex vna de necessario. ⁊ alia de contingenti. Et continet decem capitula.

Capitulum primum ostendit modos quilibet dicitur contingens. ⁊ quomodo conuertuntur propositiones de contingenti.

prima pars. d Et contingenti post hoc dicemus quando ⁊ quō ⁊ per que erit syllogism⁹.

diffinitio Vnde contingens in proposito est quo nō existente necessario ipo aūt posito inesse nullum sequitur impossibile. Et sic patet ꝙ hic aliter capitur cōtingēs

secūda pars ꝗ in scdo peryarmenias. Vnde propositiones de contingenti cōuertuntur in oppositam qualitatem. vt bene sequitur oēm hominē contingit esse album. ergo oēm hominē contingit nō esse album. Quod patet sic. qz bene sequitur oēm hominem contingit esse album: ergo oēm hominem nō necesse est esse album: qz necessarium ⁊ contingens opponunt. ⁊ vltra sequitur oēm hominē nō necesse est esse album: ergo oēm hominē possibile est nō esse album per equipollentiā. Et vltra ergo oēm hominē contingit nō esse album. ergo de primo ad vltimū seqtur oēm hominē cōtingit esse album. ergo oēm hominē contingit nō esse album. ergo propositiones de contingenti conuertuntur in oppositā qualitatem. Nō tamē oēs eodem modo. qz quoddā est contingens natum qd in pluribus euenit: vt hominē canescere. Aliud est contingens infinitum qd nō est magis determinatum ad esse ꝗ ad nō esse: vt animal ambulare. modo propositiones de contingenti infinito: Sed propositiones de contingenti raro cōuertuntur in vnam de altero contingēti puta in vnam de contingenti raro. Et si dicat aliquis. de contingentib⁹ non est scientia. sed hec scientia ordinatur ad demonstrationes. ergo nō debet hic fieri mentio de propositiōibus de contingenti. Ad hoc dicitur negando cōsequētiā. quia licet de propositiōibus cōtingentibus nō fiant demonstrationes: fiant tamen ex illis argumētationes topice ⁊c. Vnde propositiōes de contingenti duos habent sensus. Primus est quando significāt predicatū contingere inesse illi cui inest subiectū. Secundus est quādo significāt predicatū cōtingere insse illi cui contingit subiectum inesse. vt hec propositio a contingit esse b. duplicem

obiectio

solutio

tertia pars

conuertuntur in aliā propositiōz de contingenti infinito.

habet sensum. Vnus est iste.qd a contingit esse b. Secundus est iste.qd contingit esse a contingit esse b. Et hoc patet sic.nam ista.a possibile est esse b.duplicez habet sensum.vnus est.qd est a potest esse b. scds est qd potest esse a potest esse b. ergo etiam ille de contingenti duos habent sensus.⁊ de eis primo dicetur penes secundum sensum:postea penes primum sensum.

Capitulū scdm de syllogismis ex ambabus de contingenti in prima figura.

Pro syllogismis vniuersalibus ex ambabus de contingenti ponunt quatuor conclusiones Prima est ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis de contingenti sequitur vniuersalis affirmatiua de cōtingenti in barbara. Et regulatur talis syllogismus per dici de omni. Secunda cōclusio maiore vniuersali negatiua.⁊ minore vniuersali affirmatiua sequitur vniuersalis negatiua de contingenti in celarent.⁊ regulatur talis syllogismus per dici de nullo. Tertia cōclusio est maiore vniuersali affirmatiua.⁊ minore vniuersali negatiua nō fit syllogismus perfectus sed perficitur per conuersionē minoris in oppositam qualitatem. Quarta conclusio est ex ambabus vniuersalibus negatiuis fit syllogismus imperfectus qui perficitur per cōuersionem minoris vl ambarum in oppositam qualitatem. Sed pro modis particularibus ponuntur tres cōclusiones.

Prima est si maior sit vniuersalis affirmatiua vel negatiua ⁊ minor particularis affirmatiua:sequitur particularis affirmatiua vel negatiua in darij vel ferio. Secunda conclusio est maiore vniuersali siue affirmatiua siue negatiua ⁊ minore particulari negatiua nō fit syllogismus perfectus:sed perficitur per conuersionem minoris in oppositam qualitatē. Tertia conclusio est maiore particulari ⁊ minore vniuersali vel particulari qualitercunq; disponātur nō valet syllogismus.Tum primo quia medium poterit excedere maiorem extremitatem in aliquo supposito pro quo maior extremitas nō poterit ei conuenire.⁊ tunc si sumatur illud pro medio nō valebit cōsequentia.vt nō sequitur quoddam albū contingit esse animal.⁊ oēm lapidem contingit esse album.ergo lapidem contingit esse animal. Tum scdo quia in tali cōbinatione dantur termini in quib⁹ oi: vt animal album homo.⁊ termini in quib⁹ nulli:vt animal album vestis. Ex dictis ꝑmo ꝑz ꝙ ex ambabus de cōtingenti dūmodo maior sit vlis siue ābe ꝑmisse sint affirmatiue siue negatiue semp sequit conclusio de contingenti:cum tamē minor est negatiua fit syllogismus imperfectus perficiendus per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. Patet secundo ꝙ hic debet capi cōtingens specialiter pro non necessario.

Tertium capitulum in quo docetur formatio syllogismorū ex vna de contingēti ⁊ alia de inesse.

Pro syllogisatione ex vna de contingenti ⁊ altera de inesse ponuntur quatuor conclusiones. Quarum prima est maiore de contingenti ⁊ minore de inesse sequitur conclusio de contingenti in quolibet modo prime figure.⁊ regulantur tales syllogismi per dici de omni aut de nullo. Secunda conclusio est maiore de inesse simpliciter.⁊ minore de cōtingenti sequitur conclusio de contingenti capto pro possibili.sed tales syllogismi sunt imperfecti ⁊ perficiuntur per reductionem per impossibile. Pro qua reductione supponitur ꝙ si antecedens alicuius cōsequentie sit possibile cōsequens erit possibile. Nam si a.antecedens ad b esset possibile.b existente impossibili:tunc a poterit poni inesse.b non posito inesse:⁊ sic in bona cōsequentia antecedēs erit verum cōsequente existente falso. Et si querat aliquis qr dictū est a esse antecedēs ad b.vtrum ex vno aliquid sequat. Respondet ꝙ nō syllogistice qr ad min⁹ req̄runt due propositiōes. patet ergo ꝙ si antecedens alicuius bone consequētie sit falsum ⁊ possibile licet

prima pars.
pria cōclusio
secunda.
tertia.
quarta
scda pars
pria cōclusio
secunda
tertia.
primū cōrelarium
secundum.
pria cōclusio
secunda.
Questio
Solutio

consequēs possit esse falsum: tamen non erit impossibile. Isto supposito probatur secunda conclusio in barbara dupliciter. Primo quia ex opposito conclusionis cum minore posita in esse sequitur oppositū maioris in bocardo. vt si sic arguatur in barbara. omne b est a. omne c contingenter est. b. ergo omne c contingenter est a. sic arguitur in bocardo quoddam c de necessitate non est a. omne c est b. ergo quoddam b de necessitate non est a. illa consequētia non sequitur propter positionem minoris in esse. quia possibili posito inesse nullum sequitur impossibile. ergo sequitur propter oppositum conclusionis. Secundo probatur eadē conclusio. quia nisi talis consequētia valeat oppositum conclusionis stabit cum antecedēte: sed hoc est falsum quia ex illo opposito cum minore posita in esse infertur conclusio repugnans maiori. Similiter in celarent valet talis consequētia quia ex opposito conclusionis cum minore posita inesse sequitur oppositum maioris in disamis. ⁊ similiter probaretur in alijs modis. Dicitur notanter in conclusione maiorè de inesse simpliciter. quia si esset de inesse vt nunc darentur termini in quibus omni: vt mouens animal homo. ⁊ termini in quibus nulli: vt mouens animal lapis. Dicit notanter conclusio de contingenti pro possibili. quia nō semper sequitur conclusio de contingenti ad vtrumlibet. Tum primo quia illa conclusio sequitur cuius contradictoria sumitur reducendo illum syllogismū per impossibile. Sed sumitur contradictoria propositionis de contingēti. pro possibili. ergo in illa consequētia sequitur cōclusio de contingenti pro possibili. Tum secundo quia aliquando scōm talem cōbinationem sequitur conclusio de contingenti pro necessario vt sic arguendo. nullum intelligens est corruus. ⁊ omnis homo contingenter est intelligens. ergo omnis homo cōtingenter nō est corruus. conclusio illa secum patitur istam omnis homo de necessitate nō est corruus. ergo nō semper sequitur conclusio de contingēti ad vtrumlibet licet illa aliquando sequatur: vt sic arguendo. nullum intelligens est mouens omnis homo cōtingenter est intelligens. ergo omnis homo cōtingenter nō est mouens. Et si ponatur in talibus cōclusionibus minor negatiua fiet syllogismus imperfectus perficiendus per cōuersionem minoris in oppositam qualitatem. Tertia conclusio si minor sit negatiua de inesse qualitercunq; disponant premisse nō valet syllogismus: quia dantur termini in quibus omni. vt album animal nix. ⁊ termini in quibus nulli. vt album animal pix. Quarta cōclusio est si maior sit particularis vel ambe premisse particulares nō valet syllogismus. quia dantur termini in quibus omni: vt animal album homo. ⁊ termini in quibus nulli. vt animal album tunica. Ex dictis patet ꝙ maiore vniuersali dūmodo minor non sit negatiua de necessario semper fit syllogismus ex vna de contingenti ⁊ altera de inesse.

tertia

quarta

correlarium.

Quartum capitulum de formatione syllogismorum ex vna de necessario ⁊ altera de contingenti.

prima cōclusio

Pro syllogisatione ex vna de necessario ⁊ altera de contingenti pouuntur quinq; conclusiones. Prima est in quolibet modo prime figure maiore de contingenti ⁊ minore de necessario: sequitur conclusio de contingenti speciaiter capto. ⁊ regulantur tales sillogismi per dici de omni vel de nullo. Secunda conclusio in quolibet modo affirmatiuo maiore de necessario ⁊ minore de contingenti sequitur conclusio solum de contingenti pro possibili. quia ex opposito conclusionis cum minore posita inesse sequitur oppositum maioris in bocardo vel ferison. Tertia conclusio est in quolibet modo negatiuo maiore de necessario ⁊ minore de contingenti sequitur duplex conclusio: scz de contingenti pro possibili ⁊ etiam de inesse: quia ex oppsito conclusionis cum maiore sequit

scōa

tertia

oppositum minoris in cesare vel festino. Quarta conclusio est si minor sit ne quarta
gatiua de necessario quocunq; disponantur premisse nõ valet consequẽtia. quia
dantur termini in quibus nulli: ut animal album pix. ⁊ termini in quibus omni
vt animal album nix. Quinta conclusio quãdo maior est particularis vel am quinta
be particulares quocunq; disponantur premisse ex vna de contingenti. ⁊ altera
de necessario nõ fit syllogismus. quia dantur termini in quibus omni: vt animal
album homo. ⁊ termini in quibus nulli. vt album animal tunica. Ex dictis pa correlarium
tet primo q̃ in oibus modis in quibus valet mixtio ex vna de contingenti ⁊ alte
ra de inesse: in eisdem valet mixtio ex vna de contingenti ⁊ altera de necessario. ⁊
in hoc solum est differentia. quia quando maior negatiua ponitur de necessario
sequitur duplex conclusio scz de contingenti ⁊ de inesse. sed nõ quãdo illa maior
ponitur de inesse. Patet secõ quando secõm hanc mixtionem fiunt syllogismi secundum.
perfecti ⁊ quando imperfecti.

Quintum capitulum in quo docetur formatio syllogismorum ex propositio-
nibus de contingenti in secunda figura.

PRo syllogisatione ex propositionibus de contingenti in secũda figura po
nuntur tres conclusiones quarum Prima est ex ambabus de contingen primacõclusio
ti siue affirmatiuis siue negatiuis in secunda figura nõ valet syllogismus. Se secunda
cunda conclusio est ex negatiua de inesse. ⁊ affirmatiua de contingenti in secunda
figura sequitur conclusio de contingenti sed nõ si affirmatiua sit de inesse. Ter tertia.
tia conclusio est ex negatiua de necessario ⁊ affirmatiua de contingenti sequitur
conclusio de contingenti sed nõ si illa negatiua sit de contingenti. Pro probati
one prime conclusionis supponitur q̃ vniuersalis negatiua de contingenti non
conuertitur simpliciter in terminis. qõ probatur tripliciter. Primo qr tunc
vniuersalis affirmatiua cõuertteretur simpliciter qõ est falsum. Et patet cõsequẽ
tia. quia ad affirmatiuam sequitur negatiua ⁊ econtra: vt bene sequitur omne b
contingit esse a. igitur omne b contingit nõ esse a. ⁊ vltra sequeretur omne b con-
tingit nõ esse a. igitur omne a contingit nõ esse b. ⁊ vltra sequitur: omne a cõtin-
git nõ esse b. ergo omne a contingit esse b. ergo de primo ad vltimũ sequitur. om
ne b contingit esse a. igitur omne a contingit esse b. ⁊ sic vniuersalis affirmatiua
cõuertteretur simpliciter. Secundo probatur idem quia tunc ex veris sequere
tur falsum sic arguendo omnẽ hominẽ contingit esse album. ergo omne album cõ
tingit nõ esse hominẽ. Et si arguatur sic in hac cõsequentia omne b contingit
nõ esse a. ergo omne a contingit nõ esse b. oppositum cõsequẽtis scilicet nõ omne obiectiõ
a contingit nõ esse b repugnat antecedẽti quia videtur equiualere isti quoddam
a de necessitate est b. que cõuertitur in istam quoddam b de necessitate est a. ⁊ illa
repugnat antecedenti scilicet omne b contingit nõ esse a. Ad hoc dicitur quod solutio.
ista nõ omne a contingit nõ esse b nõ equiualet huic quoddam a de necessitate est
b. sed isti quoddam a de necessitate nõ est b. vel idem a de necessitate est b. Quod
patet sic quia eius contradictoria scz omne a contingenter nõ est b. habet duas
causas falsitatis puta vel quia aliquod a de necessitate est b. vel quia aliquod a
de necessitate nõ est b. ergo ista nõ omne a contingit nõ esse b. duas habet causas
veritatis. Isto supposito probatur prima conclusio tripliciter. Primo quia
reducendo talem syllogismũ ad primam figuram oporteret vniuersalem negati
uam de contingenti conuerti que nõ cõuertitur vt dictum est. Secundo quia in
tali cõsequentia ex opposito cõsequentis nõ sequitur oppositum antecedẽtis cũ
idem possit cõtingenter omni inesse ⁊ nulli inesse. Tertio quia secõm talem dis-
positionem datur instantia sic arguendo. omnis homo contingenter nõ est albũ.
omnis equus contingenter est albũ. ergo omnis equus contingenter non est hõ.

Et sic patet ꝙ ex ambabus de contingenti non valet syllogismus in secunda figura. correlarium.

Sextum capitulum in quo docetur formatio syllogismorum ex vna de contingenti. ⁊ altera de inesse in secunda figura.

prima cõclusio p Ro mixtione ex vna de contingenti. ⁊ altera de inesse in secunda figura ponuntur quattuor conclusiones. Prima est si affirmatiua fuerit de inesse ⁊ negatiua de contingenti nõ sequitur conclusio de contingenti. quia reducẽdo tale syllogismum: negatiua de contingenti nõ posset conuerti. Secunda cõclusio si negatiua sit de inesse simpliciter ⁊ affirmatiua de contingenti: sequitur conclusio de contingenti. Et reducuntur tales syllogismi ad primam figuram per cõuersionem illius negatiue de inesse. Tertia conclusio ex ambabus affirmatiuis vna de contingenti. ⁊ altera de inesse nõ sequitur cõclusio de contingenti. qꝛ dantur termini in quibus omni. vt animal homo sanitas. ⁊ termini in quibus nulli vt homo equus sanitas. Quarta conclusio si particularis negatiua sit de inesse vt nunc: nõ sequitur cõclusio de contingẽti. scõa. tertia quarta

Septimum capitulum in quo docetur formatio syllogismorum ex vna de cõtingenti ⁊ altera de necessario.

prima conclusio. p Ro syllogisatione ex vna de contingenti ⁊ altera de necessario ⁊ in secũda figura ponuntur due conclusiones: quarum Prima est ꝙ in quolibet modo secunde figure ex vna de contingenti. ⁊ altera de necessario negatiua existente de necessario: ⁊ affirmatiua de contingenti: sequitur conclusio de contingenti ⁊ de inesse in scõa figura. Et reducuntur tales syllogismi ad primam figuram per conuersionem negatiue de necessario Secunda conclusio est si affirmatiua sit de necessario ⁊ negatiua de contingenti nõ valet syllogismus in secunda figura. ⁊ hoc tam in modis vniuersalibus q̃ particularibus. quia cum premissis sic dispositis potest stare vna de necessario in veritate. vt omnis cignus de necessitate est albus. ⁊ omnis homo de contingẽter nõ est albus. cum illis stat hec in veritate omnis homo de necessitate nõ est cignus. Similiter si ambe p̃misse essent particulares nõ fieret syllogismus. quia possent dari termini in quibus omni ⁊ termini in quibus nulli. Ex dictis patet quomodo fiunt syllogismi in secũda figura ex vna de necessario ⁊ altera de contingenti. Patet etiam ꝙ omnes syllogismi huius figure sunt imperfecti: ⁊ perficiuntur per primam figuram. scõa. correlariũ. correlariũ.

Octauum capitulum in quo docetur formatio syllogismorum ex ambabus de cõtingenti in tertia figura.

primaconclusio. p Ro syllogisatione ex propositionibus de contingenti in tertia figura ponuntur alique conclusiones. Prima est ꝙ ex ambabus de contingenti diuisis sequitur conclusio de contingenti in tertia figura. Secunda est qõ ex vna de inesse ⁊ altera de contingenti: sequitur conclusio de contingenti in tertia figura. Tertia conclusio est ex vna de necessario ⁊ altera de contingenti si affirmatiua fuerit de necessario: sequitur cõclusio de contingenti. si vero negatiua fuerit de necessario: sequitur cõclusio de cõtingenti ⁊ de inesse. ⁊ debet capi li cõtingens specialiter. Prima cõclusio patet quia in quolibet modo talis syllogismus potest reduci ad primam figuram per cõuersionem alicuius premissarum. ⁊ si in tali mixtione minor sit negatiua vel ambe negatiue eque bene fiet syllogismus. Sed talis erit iperfect⁹. perficiendus per conuersionem minoris in oppositam qualitatem scõa. tertia

Nonum capitulum in quo docetur syllogisatio ex vna de cõtingenti ⁊ altera de inesse in tertia figura.

Pro syllogisatione ex vna de cõtingenti ⁊ altera de inesse ponuntur aliqne conclusiones. Prima est quod in quolibet modo tertie figure ex vna de contingenti: ⁊ altera de inesse sequitur conclusio de contingenti. Et reducuntur tales syllogismi ad primam figuram per conuersionem illius de inesse. Scda conclusio est ꝙ si minor ponatur negatiua de coringenti fiet syllogismus imperfectus: perficiendus per conuersionem minoris in oppositã qualitatem. Tertia conclusio est ꝙ quando ambe premisse sunt patticulares nõ valet syllogism⁹ quia tunc dantur termini in quibus omni ⁊ etiam in qiubus nulli. priacõclusio secunda. tertia.

Decimum capitulnm in quo docetur syllogisario ex vna de cõtingenti ⁊ altera de necessario in tertia figura.

Pro syllogisatione ex vna de contingenti ⁊ altera de necessario ponuntur tres cõclusiones. Prima est ꝙ in quolibet modo tertie figure siue vniuersali siue particulari maiore de cõtingenti. ⁊ minore de necessario sequitur cõclusio de contingenti specialiter capto. Et tales syllogismi reducuntur ad primã figuram. Secũda conclusio maiore negatiua de necessario ⁊ minore de contingenti: sequitur conclusio de cõtingenti pro possibili ⁊ de inesse: sed nõ de necessario. Tertia conclusio est si minor sit negatiua de contingenti: fiet syllogismus imperfectus: sed si minor sit negatiua de necessario nõ valet syllogism⁹. quia dabiles sunt termini in quibus omni. vt somnus equus dormiens. ⁊ termini in quibus nulli vt somnus: equus: vigilans. Ex dictis patet quando fit syllogismus ex propositionibus de cõtingenti ⁊ ex illis de inesse. Patet etiam ꝙ syllogismi huius figure sunt imperfecti. prĩa cõclusio secunda. tertia. primũ corelarium scõm correlarium.

Quintus tractatus est de reductione syllogismoꝝ in sua principia in cui⁹ primo capitulo demonstratur ꝙ omnis syllogismus est in aliqua trium figurarũ.

Capitulum primum.

Ex predictis patet ꝙ omnes syllogismi alij a modis vniuersalibus prime figure reducuntur ad primam figuram. ⁊ hoc erit manifestius cum ostensum fuerit omnẽ syllogismum esse in aliqua trium figurarum. Unde omnis syllogismus est in aliqua trium figurarum. qõ patet sic: quia omnis syllogismus particularis vniuersalis affirmatiuus vel negatiuus ostensiuus vel ex yporbesi fit in aliqua trium figurarum. sed omnis syllogismus ⁊ huiusmodi: igitur omnis syllogismus est in aliqua trium figurarum. Maior patet ⁊ primo de syllogismo ostensiuo. Nam in syllogismo ostensiuo ostenditur aliquid de aliquo: sed hoc nõ potest fieri per eandem propositionem quia tunc peteretur principium igitur hoc fit per aliam propositionem. ⁊ nõ per vnam solam. quia ex vno nihil sequitur: ergo oportet ꝙ hoc fit per duas propositiones. sed ille due propositiones debent conuenire in aliquo tertio termino alias nihil inferrent: ergo in omni syllogismo ostensiuo oportet esse duas propositiones conuenientes in aliquo termino. Sed ille terminus nõ potest nisi tripliciter se habere cum premissis. Uno modo ꝙ subiciatur in vna ⁊ predicetur in altera. ⁊ sic est prima figura. Alio modo ꝙ subiciatur in vtraq⁹. ⁊ sic est tertia figura. vel ꝙ in vtraq⁹ predicetur. ⁊ sic est in secunda figura: ergo omnis syllogismus ostensiuus est in aliqua trium figurarum. Similiter syllogismus ad impossibile est in aliqua trium figurarum. quia ille quantum ad sui primum processum est ostensiuus: vt patet sic arguendo. sicut se habet dyameter ad simetrum ita abundans ad perfectum: sed dyameter est simeter vt supponitur a respondente: igitur abundans est perfectum. ille est syllogismus ostensiuus procedens ex vna premissa manifeste falsa cum vna manifeste vera ad inferendum vnam manifeste falsam. ⁊ syllogismus

conclusio. prĩa pbatio scda pbatio

ostensiuus est in aliqua trium figurarum. ergo ⁊ syllogismus ad impossibile.

tertia Similiter syllogismus a transumpto est in aliqua trium figurarū cum sit ostensiuus. Et sic patet qd omnis syllogismus alius a syllogismo vniuersali prime figure reducitur ad illum.

Secūdum capitulum in quo ostenditur ꝙ in omni syllogismo aliqua premis-

prima pars. sarum debet esse vniuersalis ⁊ aliqua affirmatiua.

i In omni syllogismo oportet aliquam premissarum esse vniuersalem: quia alias nō ostenderetur propositum vel peteretur principium vt patet duo

primum exē- bus exemplis. Primum est si sic arguatur: aliqua voluptas studiosa. mu-

plum. sica voluptas est voluptas. ergo musica voluptas est studiosa: vel ergo in maio-

secundum re fiebat mentio de musica voluptate ⁊ sic petitur principium: vel de alia: ⁊ sic nō ostenditur propositum. Secūdum exemplum est: anguli cōstituti supra circumferentiā circuli sunt equales angulis ad basim positis. sed anguli equicruri sunt huiusmodi. ergo anguli equicruri sunt equales. vel ergo in maiore est sermo de angulis equicruris: ⁊ sic petitur principium. vel de alijs ⁊ sic non ostenditur

scda pars. propositum. ergo in omni syllogismo oportet aliquam premissarum esse vniuer-

primū correlariū scdm. salem. Ex dictis inferuntur duo correlaria. Primmm est ꝙ vniuersale nō concluditur nisi ex ambabus vniuersalibus: sed particulare ex vna particulari ⁊ alia vniuersali. Secūdum est ꝙ in omni syllogismo oportet aliquā premissarum esse similem conclusioni nō solum quo ad esse affirmatiuum vel negatiuū sed quoad esse de necessario vel de inesse aut de cōtingenti.

Capitulum tertium in quo demonstratur ꝙ in omni syllogismo sunt tres termini ⁊ due propositiones.

i In omni syllogismo sunt solum tres termini ⁊ due propositiones dūmodo

prima pars probatur. nō sumantur plura media ad eandem conclusionem probandam: ⁊ dūmodo nulla premissarum prosyllogisetur. quia in omni syllogismo est tantū vna cōclusio: sed si ad illam conclusionem inferendam sumerētur plures termini. vel nō esset idem syllogismus: vel vnus illorum terminorum frustra poneretur. vt si ad istam conclusionem probandam: omnis homo est substantia sumantur hec duo media scilicet animal ⁊ corpus: sic syllogisando omne animal est substantia: omnis homo est animal. igitur omnis homo est substantia. Similiter omne corpus est substantia. omnis homo est corpus. igitur omnis homo est substātia: ibi nō est idem syllogismus. Sed si sumātur sic: omne corpus animal est substantia: sed omnis homo est corpus animal. igitur omnis homo est substantia: tunc vnus illorum terminorum superflue ponitur: cum vnus sufficeret: igitur in omni syllogismo sunt solum tres termini. Similiter in omni syllogismo sunt so-

scdapars. probatur lum due propositiones quia in quolibet syllogismo sunt solū tres termini quorum alter bis sumitur: sed ex illis nō fiunt nisi due propositiones. ergo in quolibet syllogismo sunt solum due propositiones. Ex quo patet qd in quolibet

correlariū. syllogismo termini excedunt propositiones ⁊ sunt in numero impari. propositiones vero in numero pari: ⁊ hoc nisi fiat prosyllogisatio. Nam si fieret prosyllogisatio tunc fortassis termini essent in numero pari: ⁊ propositiones in numero impari.

Capitulum quartum in quo docetur que propositiones sunt facile syllo-

prima pars gisabiles.

i Ille propositiones sunt facile syllogisabiles que per plures figuras ⁊ plures modos concludi possunt. Ille vero difficulter sunt syllogisabiles que per pauciores modos ⁊ pauciores figuras concludi possunt. Ex quo patet qd

vniuersalis affirmatiua est difficilime syllogisabilis quia solum concluditur in primo modo prime figure. Deinde vniuersalis negatiua solum cōcluditur per duas figuras scilicet per primam ⁊ secundam: ⁊ per tres modos scilicet cesare. camestres ⁊ celarent. Deinde particularis affirmatiua quia solum concluditur per duas figuras scilicet per primam ⁊ tertiam. ⁊ per quartuor modos scilicet darij. darapti. disamis. ⁊ datisi. Particularis vero negatiua est facile syllogisabilis quia syllogisari potest in tribus figuris ⁊ per sex modos. scilicet ferio. festino. baroco. felapton. bocardo. ⁊ ferison. Ex dictis patet primo ꝙ vniuersalis affirmatiua difficulter construitur ⁊ facile destruitur. Primum patet quia vniuersalis affirmatiua nō potest construi nisi per destructionem particularis negatiue que difficulter destruitur: ipsa tamen non construitur per destructionem vniuersalis negatiue. cum non sequatur vniuersalis negatiua est falsa: ergo vniuersalis affirmatiua est vera. sed ipsa destrui potest per vniuersalem negatiuam ⁊ etiam per particularem negatiuam. quod patet quia particularis subalterna bene destruit vniuersalem sed eam construere non potest. Nam non oportet si particularis affirmatiua sit vera ꝙ vniuersalis affirmatiua sit vera. primū cōtrelarium.

Et sic patet ꝙ facilius est destruere quam construere. Patet etiam ex dictis quomodo fit syllogismus: per quos terminos ⁊ per quas propositiones. ⁊ que conclusiones sunt facile syllogisabiles ⁊ que difficulter. scōm cōtrelarium

Tractatus sextus est de arte inueniendi medium ad syllogisandum propositum in quolibet figura. ⁊ continet tria capitula.

Capitulum primum. prīa pars

b Is dictis videndum est quomodo erimus idonei ad concludendum vnā quāq; conclusionem. quia non sufficit scire formare syllogismos: sed oportet habere promptitudinem eos inueniendi. Unde pro arte inueniendi medium ponitur talis diuisio. Dicibilium quedam sunt que de nullo predicātur vniuersaliter: sed alia de ipsis bene predicantur. vt cleon ⁊ callias. Alia vero sunt que predicantur de alijs ⁊ alia de ipis: sicut sunt species ⁊ genera subalterna. Alia vero sunt que predicantur de alijs: sed alia de ipis minime predicantur vt genera generalissima. Deinde ponuntur due consideratiōes generales. Quarum prima est ꝙ inspiciendum est ad diffinitiones ⁊ proprīa terminorum conclusionis. similiter ad antecedentia ⁊ cōsequentia ⁊ extranea eorum. Secūda consideratio generalis est ꝙ eorum que consequuntur quedam sunt predicata esseatialia. ⁊ quedam accidentalia. ⁊ accidentalium. quedā in sunt secundum veritatem ⁊ quedam secundum opinionem. Unde quanto quis pluribus medijs abundauerit tanto magis erit idoneus ad syllogisandum. ⁊ quanto illa media erant efficatiora tanto efficatius demonstrabit. Preterea ponuntur septem considerationes specialis. Prima est ꝙ sumendo consequens ad aliquem terminum sumendum est consequens ad ipsum totum. cum oportear in syllogismo aliquam premissarum esse vniuersalem. Secunda consideratio est signum vniuersale non est addendum consequenti: quia hoc esset falsum ⁊ impossibile. vt hec est falsa homo est omne animal. Tertia consideratio sumendo consequens subiecti non est sumendum consequens predicati: licet omne cōsequens predicati sit etiam consequens subiecti. Quarta consideratio est sumendo extraneum subiecti vel predicati maxime sumendum est extraneum quod est proprium vni ⁊ ab alio valde diuersum. Quinta consideratio est sumendo antecedens predicati

diuisio
secunda pars
prīa cōsideratio
secunda.
tertia pars.
prīa cōsideratio.
scōa
tertia
quarta
quinta

non est sumendum antecedens subiecti: licet omne antecedens subiecti sit antecedens predicati ⁊ non econuerso. Sexta consideratio non semper sumenda sunt illa que consequuntur pro quolibet tempore: sed sufficit sumere ea que consequuntur vt in pluribus. Septima consideratio est non sunt sumenda ea que consequuntur ad omnia: quia tunc argueretur ex puris affirmatiuis in secunda figura. Istis suppositis ponuntur considerationes principales huius artis.

septima.

quarta ps prima suppositio.

Et primo supponitur ꝙ quando iste littere a ⁊ e ponuntur in tertia syllaba significant qualis ⁊ quanta sit conclusio inferenda puta a. significat vniuersalem affirmatiuam. ⁊ e vniuersalem negatiuam. i. vero particularem affirmatiuam. ⁊ o particularem negatiuam. vt patet per hos versus. Asserit a negat e sunt vniuersaliter ambe. Asserit i negat o sunt particulariter ambo. Secundo supponitur ꝙ quando iste littere a ⁊ e. ponuntur in prima vel secunda syllaba. tunc a. significat predicatum. ⁊ e subiectum. Et potest quelibet istarum litterarum poni cum tribus consonātibus a. cum b. c. d. ⁊ tunc b significat ꝙ mediū debet esse consequens ad predicatum. c. vero ꝙ sit antecedens. ⁊ d ꝙ sit extraneum. Similiter e. ponitur cum istis tribus f. g. h. ⁊ tunc f. significat ꝙ medium debet esse cōsequens ad subiectum. g vero ꝙ sit antecedens. h vero ꝙ sit extraneum: vt patet per hos versos. E subit. f sequitur. g. precedit. h. sit extra predicat a. b sequens. c precedit. d sit extra. Tunc ponitur prima regula ad concludendū vniuersalem affirmatiuam sumendum est medium quod sit consequens ad subiectū ⁊ antecedens ad predicatum ⁊ hoc denotatur per fecana. Secunda regula est ad concludendum particularem affirmatiuam in darapti disamis ⁊ datisi sumēdum est medium quod sit antecedens ad vtramq; extremitatem. vt patet per cageti. Tertia regula est ad concludendum vniuersalem negatiuam in celarent vl' cesare sumendum est medium quod sit extraneum ad predicatum conclusionis ⁊ consequens ad subiectum: vt patet per dafenes. Si vero debeat concludi in camestres medium debet esse extraneum ad subiectum: ⁊ consequens ad predicatum. vt patet per bebare. Quarta regula est ad inferendum perticularem negatiuam in tertia figura oportet medium esse antecedens ad subiectum ⁊ extraneum ad predicatum. vt patet per gedaco. Quinta regula est ad inferendum particularem affirmatiuam indirecte oportet medium esse antecedens ad subiectum. ⁊ consequens ad predicatum vt patet per gebali. Ex dictis patet quod ad concludendum omnia genera conclusionum oportet respicere ad antecedentia consequentia vel extranea: et inspiciendo ad illa magis eligenda sunt propinqua quam remota ⁊ vniuersalia quam particularia. Unde predicta ars inueniendi medium est sufficiens. Tum primo quia ipsa docet habitudinem medij ad extrema cuiuslibet generis probleumatum: et in qualibet figura. Tum secundo quia preter regulas datas non sunt alie vtiles. Nam si essent alique alie hoc esset maxime quando medium est consequens ad vtramq; extremitatem: vt significat hec dictio febas. Vel quando medium est extraneum ad subiectum. et antecedens ad predicatum vt significat hec dictio becas. Vel quando medium est extraneum ad vtramq; extremitatem vt significat hec dictio bedas: sed tales dispositiones sunt inutiles quia secundum primam arguitur ex puris affirmatiuis vt syllogisando istam omnis homo est animal sumendo substantiam pro medio in secunda figura vt penes secundam arguitur minore negatiua in prima figura. Ex penes tertiam argueretur ex puris negatiuis in qualibet figura. Tum tertio: Quia si talis ars non esset suffici-

versus secunda.

versus quita pars.

fecana.

cageti

dafenes

bebare.

gedaco.

gebali

correlarium.

sextaps

feba

becas

bedas

ens hoc esset maxime propter consideracionem antiquorum in qua dicebāt qd ad inueniendum medium inspiciendum erat ad cōsequentia subiecti ⁊ predicati ⁊ si talia erant contraria ex vtroq; eorum concludetur conclusio vniuersalis negatiua vel particularis. Sed hec consideratio est inutilis quia ad concludendum aliquam conclusionem per vnum syllogismum inspiciendum est solum ad vnum medium ⁊ nō ad plura siue contraria vt dicit secunda consideratio. Tum quarto quia acceptis medijs contrarijs nō fit syllogismus ad concludendum cōclusionē negatiuam nisi alterum illorum sit antecedēs subiecti ⁊ extraneum predicati vel econuerso. Sed accipientem duo contraria contingit latere vtrum se habeat secundum istum modum: ergo contingit latere vtrum fiat syllogismus nec fiet nisi sumatur medium secundum modum predictum: ergo predicta consideratio vel est inutilis vel nō differt ab his que posite sunt. consideratio inutilis.

Capitulum secundum in quo applicatur dicta ars ad diuersa genera syllogismorum. pria pars

o Omnis syllogismus siue ostensiuus siue ad impossibile fit per istam artem. Et primo de syllogismo ad impossibile patet. quia eadem conclusio que syllogisatur per syllogismum ad impossibile: potest syllogisari per syllogismum ostensiuum: ⁊ ille syllogismus ad impossibile dicitur syllogismus mendacij sed syllogismi ostensiui fiunt per istam artem: ergo ⁊ syllogismus ad impossibile. Est tamē differentia inter illos syllogismos: quia in syllogismo ostēsiuo bene ponuntur due propositiones vere: in syllogismo vero ad impossibile sumitur vna vera cum vna manifeste falsa. Similiter valet hec ars in syllogismo a transumpto: sicut in syllogismis ostensiuis. Est tamen differentia quia in syllogismo ostensiuo sumitur antecedens cōsequens vel extraneum terminorum principalis conclusionis: sed in syllogismo a transumpto sumitur antecedens consequens vel extraneum terminorum illius conclusionis ad quam probandam se transfert opponens. Similiter valet hec ars in syllogismis secundum equalitatem in subiectis quorum medium ⁊ minor estremitas conuertuntur ⁊ inferunt ex maiore vniuersali ⁊ minore particulari conclusionem vniuersalem in tertia figura. ⁊ in illis oportet respicere ad medium conuertibile cum minore extremitate. Similiter in syllogismis ex propositionibus modalibus valet hec ars sicut in alijs. hoc excepto qd in alijs de in esse sumit mediū quod actu aliter inest vel non inest. sed in modalibus sumitur medium quod possibile est in esse vel non inesse. Ex dictis patet primo qd omnis syllogismus verus fit per istam artem. quia omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarum: sed omnis talis fit per hanc artem. ergo omnis syllogismus fit per istam artem. Patet secundo qd hec ars est generalis ad inueniendum medium circa philosophiam. ⁊ circa artem quamlibet ⁊ disciplinam. non tamen semper eodem modo sumendum est medium: sed aliter sumendum est ad concludendum vniuersaliter quam particulariter. Sed quis dubitare posset ex dictis an ista ars sufficiat ad probandum principia alicuius scientie. Ad hoc dicit qd non qr talia principia sumenda sunt per viam sensus memorie ⁊ experimenti. scda pars primum corrolarium. secundum dubitatio responsio

Tertium capitulum in quo philosophus reprobat opiniones antiquorum circa artem inueniendi medium.

c Arca artem inueniendi medium dixerunt antiqui diuisionē multum valere ad ipm inueniendū qr valet ad cōcludendū diffinitionē de diffinito: ⁊ in illa illatione potissime saluatur ratio syllogismi. Sed contra hoc dictum pria pars. scda pars

primo dicitur ꝙ diuisio non valet ad inueniendum medium. quia diuisio est syl logismus infirmus petens principium vel non ostendens propositum. Secundo dicitur ꝙ diuisio non valet ad concludendum diffinitionem de diffinito. quia ibi petereretur principium: aut concluderetur aliquid cōmunius intento. vt si per di uisionem velimus inuestigare hanc diffinitionem. animal rationale mortale ha bens pedes de homine. ⁊ primo ꝙ homo sit mortalis sic arguēdo. omne animal est mortale vel immortale. sed homo est animal. ergo homo est mortalis vel im mortalis. ibi concluditur maior extremitas cōmunior intento. Et si procedatur vltra sic arguendo. homo est mortalis vel immortalis. sed non est immortalis. igitur est immortalis. ibi petitur principium quia minor est eque dubia sicut cō clusio. Similiter si velimus probare ꝙ homo sit habens pedes sic arguendo. omne animal est habens pedes vel non habens pedes. sed homo est animal. igi tur homo est habens pedes vel nō habens pedes: ibi concluditur aliquid cōmu nis intento. Et si iterum sic arguatur homo est habens pedes vel nō habens pe des. sed non est nō habens pedes. igitur est habens pedes: ibi petitur principi um. Tertio dicitur ꝙ diuisio non valet ad concludendum aliud predicatum a diffinitione de suo subiecto. quia in tali processu nō concluditur propositum vl petitur principium. vt si velimus probare ꝙ dyameter est assimeter sic arguen do. omnis longitudo est simetra vel assimetra. sed diameter est longitudo: igitur dyameter est simeter vel assimeter. ibi non concluditur propositum. Et si iterum sic arguatur dyameter est simeter vel assimeter. sed non est assimeter. igitur est si meter. ibi petitur principium: ergo diuisio nō valet ad inueniendum medium.

Tractatus septimus est de reductione pro syllogismorum in figuras ⁊ modos proprio rū syllogismorum. ⁊ de reductione vnius figure in aliam. ⁊ continet quin q capitula.

pria pars

Capitulum primum de reductione pro syllogismorum in propositiones ⁊ ter minos. ⁊ qualiter in ea falli contingit.

primum documentum.

secundum.

tertium.

quartum

primum exemplum.

secundum.

Is visis resoluendi sunt syllogismi in propositiones ⁊ terminos: quo facto erunt clariora que dicta sunt. Unde pro resolutione syllogismorum ex parte propositionum quattuor ponuntur documenta. Primum est ꝙ prius est re soluendus syllogismus in propositiones q̄ in terminos: quia facilius est in ma iora q̄ in minora diuidere. Secundum est videndum est an vna propositio sit maior ⁊ alia minor. an vna sit particularis ⁊ alia vniuersalis. Tertium est si in argumentatione desit vna premissa: videndum est ad syllogisantem vtrum po nat maiorem ⁊ taceat minorem vel econtra. Quartum documentum est quod oportet inspicere an in syllogismis aliquid desit: ⁊ illud est apponendum. vel ali quid superfluat: ⁊ illud est remouendum quousq̄ deueniam' ad duas propositiones. Unde quandoq̄ facile est videre an aliquid desit puta quando non sequi tur conclusio de necessitate. ⁊ aliquando est difficile puta quando conclusio sequ tur de necessitate. vt patet per duo exempla. Primum est nō interempta sub stantia non interimitur substantia. sed partibus substātie interemptis interimi tur substantia. ergo partes substātie sunt substantie. ibi sequitur cōclusio de ne cessitate: ⁊ tamen nō est syllogismus. quia maior nō est vniuersalis. ideo deberet sic formari. omnia quibus interemptis interimitur substantia sunt substantie. sed partes substantie sunt huiusmodi. igitur substantie Secundum exemplum est si homo est animal est. ⁊ si animal est substantia est. ergo si homo est substātia est. ibi conclusio necessario sequitur ⁊ tamen nō syllogistice: sed sic reducit. omne illud quo posito ponit aial est substātia. sz hoie posito ponit aial. igr hō est sub stantia. Et sic patet ꝙ si credamus cōsequentiā esse syllogisticam qz est necessa-

ria decipimur. Sed pro resolutione syllogismorum ex parte terminorum sumendi sunt tres termini in reducendo orationem nō syllogisticam ad syllogisticam. ⁊ tunc si vnus illorum qui dicitur medium subijciatur in vna ⁊ predicetur in altera: est reducta ad primam figuram. Si vero bis predicetur ad scdam. ⁊ si bis subiciatur ad tertiam. Et sic patet ꝙ nulla consequētia est syllogistica nisi idem frequenter dicatur. In tali tamen reductione quādoqꝫ fallimur propter duo impedimenta. Primum est quia propter similem dispositionem in vniuersalibus ⁊ particularibus credimus syllogismum esse bonum qui nō est bonus. vt patet per duo exempla. Primum est aristomenes itelligibilis semper est. ⁊ aristomenes est aristomenes intelligibilis. igitur aristomenes semper est. ibi nō est syllogismus: quia neutra premissarum est vniuersalis. Secundū exemplum est. micalus musicus corrumpetur cras. sed micalus est micalus musicus. ergo micalus corrumpetur cras. ibi etiam nulla premissarum est vniuersalis. Secūdum impedimētum est. frequēter nō sequitur conclusio. quia termini nō bene disponūtur secūdum locutionem: sed variantur secūdum concretionē ⁊ abstractionē. vt nō sequitur in prima figura. nulli egritudini inest sanitas. ⁊ omnis homo est susceptibilis egritudinis. ergo nullus homo est sanus. Similiter non sequitur in secunda figura nulli egritudini contingit inesse sanitatem. ⁊ omni homini contingit inesse sanitatem. ergo nulli homini contingit inesse egritudinem. Similiter nō sequitur in tertia figura. omni homini contingit inesse sanitatem. ⁊ omni homini contingit inesse egritudinem. ergo alicui egritudini contingit inesse sanitatem. Et sic patet quomodo debet fieri resolutio. In tali tamen resolutione non semper fit resolutio vsqꝫ ad terminos simplices: sed quandoqꝫ capiuntur termini se habentes per modum determinationis ⁊ determinabilis pro eodem termino.

Capitulum secūdum in quo determinatur de resolutione pro syllogismorum ex terminis obliquis.

n On semper oportet maiorem extremitatem predicari de medio: nec medium de minori extremitate in retro: sed tot modis quot modis contingit casus variari. Unde ex obliquis eque bene fit syllogismus sicut ex rectis. Et primo in prima figura maiore de recto ⁊ minore de obliquo sequitur cōclusio de obliquo vt omnis sopbia est disciplina. ⁊ boni est sopbia. ergo boni est disciplina. Secunda conclusio maiore de obliquo ⁊ minore de recto valet syllogismus ad inferendum cōclusionem de obliquo. vt omnium cōrrariorum eadem est disciplina. bonum ⁊ malum sunt cōrraria. ergo boni ⁊ mali est eadē disciplina. Similiter ex ambabus de obliquo sequitur conclusio de obliquo. vt cuiuscunqꝫ est disciplina illius est genus. sed boni est disciplina. ergo boni est genus. Similiter in secunda figura ex obliquis sequitur conclusio de recto vt bene sequitur nulli generationis est motus. sed voluptatis est mot⁹. ergo voluptas nō est generatio. Similiter nullius signi est signum. sed ipius risus est signum. ergo ipe risus nō est signum. Similiter ex obliquis in tertia figura valet cōsequētia. vt bene sequitur. deo nō est tempus oportunū ⁊ deo est estas. ergo estas nō est tempus opportunum. Et pro solutione talium syllogismorum resoluendi sunt termini obliqui in suos rectos. Ex quo patet ꝙ tot modis contingit predicatum inesse subiecto quot modis contingit variare casus. ⁊ hoc secūdum quid aut simpliciter. Considerandum est tamen ad illud qd magis est vtile in resolutione syllogismorꝫ.

Tertium capitulū in quo docetur syllogisari ex propositiōib⁹ reduplicatiuis.

a D syllogisandum propositionem reduplicatiuam in prima figura reduplicatio est addenda maiore extremitati: vt patet per tria exēpla. Pri-

scda pars

primū impedimentum

primum exēplum.

secundum

secundū impedimentum

prima pars.

pma cōclusio

scda cōclusio

tertia conclusio.

scda pars

tertia pars

pria pars.

mum est bonũ est disciplina in quantum bonum. ⁊ iusticia est bonũ. ergo iustitia est disciplina in quantũ bonũ: ibi reduplicatio non est addenda medio in minori propositione dicendo iusticia est bonum inquantum bonum: quia talis propositio est falsa. cum sensus sit iusticia est omne bonum: quod est falsum quãdiu sunt plura bona. Secundum exemplum est. omne bonum est disciplinatum in quantum bonum. sed salubre est bonum. igitur salubre est disciplinatum in quantuꝫ bonum. Tertium exemplum est omne non existens est opinabile inquantum nõ existens. ⁊ hyrco ceruus est non existens. ergo hyrco ceruus est opinabile inquãtum non existens. Et sic patet ꝙ ad syllogisandum conclusionem simpliciter siue non reduplicatiuam sufficit capere medium quod est simpliciter. hoc est sine reduplicatione. vt ad syllogisandum istam bonum est disciplinatum sufficit capere honestum pro medio. Sed ad syllogisandum ens scõm ꝙ ens id est cõclusionẽ reduplicatiuam debet sumi medium cum reduplicatione. vt ista bonum est disciplinatum in eo ꝙ honestum debet sic syllogisari. omne ens est disciplinatum in eo ꝙ honestum. ⁊ bonum est ens. ergo bonum est disciplinatum in eo ꝙ honestũ ibi reduplicatur minor extremitas ꝑ maiorẽ ꝑ quã deuenitur ad aliquã partem subiectiuã eius. quia nõ omni bono conuenit esse disciplinatum loquendo de disciplina moris: sed bono honesto. Ex predictis patet ꝙ reduplicatio habet similiter ordinari in syllogismis particularibus sicrt in vniuersalibus. Unde pro facili reduplicatione syllogismorum ponũtur sex documenta. Primum est ꝙ in syllogismo loco dictionis vel orationis minus note potest capi notior: vt loco istius suspicabile nõ est idem qõ opinabile potest capi hec. suspicabile nõ est genus opinabilis. Unde cauendũ est ne terminus sumptus cum reduplicatione sumatur sine reduplicatione. nõ enim est idem sumere voluptatem simpliciter: ⁊ sumere voluptatem cum reduplicatione. Secundum documẽtum est in resolutione syllogismorum multum refert propositiones esse vniuersales vel particulares. quia ex vniuersalibus fit sillogismus concludens vniuersalem: ex particularibus vero nõ. Tertium documẽtum est nõ semper oportet exempla esse vera: sed possumus aliquando vti falsis pro veris. vt geometer dicit lineam esse rectã que nõ est recta. Exempla enim nõ ponimus vt vera sint: sed vt sentiat iuuenis qui discit. Quartum documentum est nõ oportet syllogismos probantes premissas alicuius syllogismi esse in eadem figura cum illis premissis: sed possunt esse in diuersis figuris. Quintum documentum est. ad interimendum vnam totam diffinitionem sufficit vnum terminũ eius interimi vel interimere. vt si ꝗs velit probare ꝙ aqua non est potus humidus: sufficit probare ꝙ non est potus. quia omnis potus est transubstantialis in substantiam: viuentis sed aqua nõ est huiusmodi. ergo non est potus. Sextum documentum est syllogismi ex ypothesi non reducuntur ad aliquam figuram ea parte qua sunt ex ypothesi. vt si quis se transferat ad probandum ꝙ cõrrariorum est eadem potestas. quo posito probat ꝙ cõrrariorum non est eadem disciplina. tunc licet syllogismus inferens primam conclusionem resoluatur in duas propositiones ⁊ tres terminos: illa tamen conclusio non est principaliter intenta ratione cuius dicitur syllogismus. Et similiter syllogismus ad impossibile: licet quo ad primum processum sui resoluatur in duas propositiones ⁊ tres terminos: non tamen quo ad conclusionem principaliter intentam procedit syllogistice sed ex suppositione. Unde syllogismus ad impossibile differt ab alijs syllogismis ex ypothesi. quia in alijs ex ypothesi concluditur aliquid preter conclusionem principalem: Sed hoc non oportet in syllogismo ad impossibile. Et subdit philosophus

scõa pars primũ documentum.

secundum

tertium

quartum

quintum

sextum

q̃ plures sunt species syllogismorum ex yporbesi de quib⁹ postea videbit.

Quartum capitulum in quo docet quomodo reducuntur syllogismi trium figurarum ad se inuicem.

i Oli syllogismi reducuntur ad se inuicem qui concludunt eandem conclusionem. Ex quo patet primo q̃ inter syllogismos prime figure soli syllogismi negatiui ad scdaz figuram reducunnur per cõuersionem. puta celarent ad cesare: ferio ad festino. Modi aũt affirmatiui nõ reducuntur ad secundã figuram. Tum primo quia vniuersalis affirmatiua nõ conuertitur nisi in particularem que nõ potest esse maior in secunda figura. Tum secundo quia in secunda figura nõ cõcluditur affirmatiue. Sed omnes modi secũde figure excepto baroco reducuntur ad primam. puta cesare ⁊ camestres ad celarent: ⁊ festino ad ferio. baroco aũt nõ reducitur: quia minor nõ potest conuerti. Patet secundo q̃ inter modos prime figure soli modi particulares. puta darij ⁊ ferio reducuntur ad tertiam figuram. darij ad darisi. ferio ad ferison Modi aũt vniuersales nõ reducuntur. quia in tertia figura nõ concluditur vniuersaliter. Sed omnes modi tertie figure excepto bocardo reducuntur ad primam figuram: modi affirmatiui ad darij: ⁊ negatiui ad ferio. bocardo autem nõ reducitur quia maior nõ potest conuerti. Patet tertio q̃ inter modos secunde figure festino solum reducitur ad tertiam figuram: puta ad ferison per conuersionem ambarum premissarum. Modi autem vniuersaces nõ reducuntur: quia in tertia figura nõ concluditur vniuersaliter. Necz baroco reducitur quia oporteret vtramcz premissarum conuerti quod fieri nõ potest. Inter modos tertie figure felapton solum ⁊ ferison reducuntur ad secundam figuram puta ad festino. Modi autem affirmatiui nõ reducuntur: quia in secunda figura nõ concluditur affirmatiue. necz bocardo reducitur propter causam dictam.

prima pars. primum corrolarium. scõm. tertium

Quintum capitulum in quo docetur syllogisatio ex propositionibus de terminis infinitis.

p Ro syllogisatione propositionũ de terminis infinitis supponitur q̃ affirmatiua de predicato infinito ⁊ negatiua de predicato finito differunt vt iste non sunt eedem. hoc nõ est album. ⁊ hoc est non album. Patet tripliciter. Primo quia huic. hoc est album contradicit ista hoc nõ est album ⁊ non ista hoc est nõ album. quia sicut se habet hec sortẽ possibile est nõ ambulare ad istam sortem possibile est ambulare: ita hec hoc est nõ album ad istam hoc est album. sed prime due nõ contradicunt ergo necz secunde. quia de proportionalibus idem ẽ iudicium. Secundo patet qnia affirmatiua de predicato infinito aliquid ponit Mã cũ dicit hoc est inequale ibi aliq̃d subiacet ⁊ aliquid est quod est inequale. Negatiua autem nihil ponit: ergo ille propositiones differunt. Tertio patet quia ad affirmatiuã de predicato infinito sequitur aliquid quod non sequitur ad negatiuam de predicato finito. vt ad istam hoc est lignum non album sequitur ista hoc est lignum. que nõ sequitur ad istam hoc non est lignum album: igitur ille due valde differunt. In hoc autẽ conueniunt: quia sicut iste due hoc est album. ⁊ hoc non est album de quolibet verificari possunt: ita iste due hoc est non album. ⁊ hoc non est nõ album. Et sicut ad affirmatiuam de predicato finito sequitur negatiua de predicato infinito: ita ad affirmatiuam de predicato infinito sequitur negatiua de predicato infinito. Et ita propositiones de terminis infinitis conueniunt cum illis de terminis priuatiuis in quibus affirmatiua infert negatiuam de predicato opposito. vt bene sequitur hoc est inequale: igitur non est equale. Sed tamen differunt vniuersales de predicato finito et infinito a particularibus: qnia si predicatum conueniat subiecto pro ali-

pria pars. differentia. cõuenientia. cõuenientia. differentia.

quibus suppositis ⁊ aliquibus non tunc ambe vniuersales erunt false ⁊ particu
lares vere. vt si quedam animalia sint alba. ⁊ quedã nõ: iste sunt false. omne ani
scda pars. mal est album. ⁊ omne animal nõ est album: ⁊ sue particulares vere. Isto sup
posito dicitur ꝙ affirmatiua de predicato infinito nõ eodem modo syllogisatur
sicut negatiua de predicato finito. qz negatiua concluditur in celarent: ⁊ affirma
tiua in barbara. sed affirmatiua de predicato infinito concluditur sicut affirma
tiua de predicato finito. Unde pro maiori declaratione oium superius dicto-
pria regula. rum ponuntur quattuor regule. Quarum prima est si ad antecedẽs sequatur
cõsequens tunc ad oppositum cõsequentis sequitur oppositum antecedẽtis. Pa
tet quia vel oppositum consequẽtis sequitur ad oppositum antecedẽtis. vel op-
positum consequẽtis stat cum antecedente: sed nõ secundum. quia oppositum cõ
sequẽtis repugnat cõsequẽti ergo ⁊ antecedenti. quia omne repugnans cõsequen
secunda. ti repugnat antecedẽti. Secunda regula est ad oppositum antecedentis non
sequitur oppositum consequẽtis. Patet quia oppositum antecedẽtis potest sta
re cum consequẽte. Tertia regula oppositum consequẽtis nõ potest stare cum
tertia regla. antecedente. Quarta regula est oppositum antecedentis potest stare cum con
quarta sequẽte. Sed contra scdam regulam instatur ponendo ꝙ a ⁊ b contradicant
instantia ⁊ c ⁊ d ex altera parte. tunc si ad c sequatur a. tunc ad b contradictoriũ consequẽ
tis sequitur d sumatur igitur vnum cõtradictoriũ consequẽtis ⁊ sui oppositi scz
a ⁊ b. ⁊ sit f. ⁊ sumatur aliud oppositum antecedẽtis ⁊ sui oppositi scz c ⁊ d. ⁊ sit
b. tũc si ad c sequatur a. tunc ad. f. contradictoriũ consequẽtis sequitur b contra
dirtorium antecedentis. ⁊ si ad f sequatur b. tunc ad d contradictoriũ consequẽ-
tis sequitur b contradictoriũ antecedẽtis. Sed d ponebatur contradictoriũ pri
mi antecedẽtis scz c ⁊ b contradictoriũ consequẽtis scz a. ergo ad oppositũ ante
respõsio. cedentis sequitur oppositum consequẽtis. Ad hoc dicitur ꝙ non est vna nega
tio duorum oppositorũ sicut ponebatur f vel b. sed sunt due negationes. Nam
negatio huius hoc est bonum: est ista hoc non est bonum. ⁊ negatio huius hoc nõ
est bonum est ista. non hoc non est bonum. vel ista hoc est bonum. ⁊ sic argumen-
tum supponebat falsum. Et hec de primo libro priorum.

Liber secundus priorum est de potestatibus syllogismorum: ⁊ de peccatis cir
ca eos contingentibus: ⁊ de speciebus argumentationis alijs a syllogismo. ⁊ con
tinet quattuor tractatus.

Tractatus primus est de potestatibus syllogismorum. ⁊ continet sex capitula
secundum sex potestates.

Capitulum primum de potestate plura concludendi.

i In quantis igitur figuris ⁊ per quales. ⁊ per quot propositiones. ⁊ quan
pria pars. do ⁊ quomodo fit syllogismus ⁊ qualiter sumendum sit medium ad cõclu-
dendum propositionem. ⁊ quomodo per viam resolutionis sumendi sunt tres
termini ⁊ due propositiones iam pertransiuimus: nunc aũt dicendum est de po-
testatibus syllegismorum. Et primo de prima: que est plura concludere. Pro
scda pars. quo primo supponitur ꝙ syllogismorum quidam sunt vniuersales ⁊ quidam
particulares. Unde omnis syllogismus concludens vniuersaliter: affirmatiue
prim' mod'. vel negatiue. vel particulariter affirmatiue potest plura concludere: non autem
syllogismus concludens particulariter negatiue. Prima pars patet quia vni-
uersalis affirmatiua habet subalternatam que potest simpliciter conuerti. ergo
syllogism' concludẽs illã potest cõcludere ei' subalternatã ⁊ ei' cõuertentẽ. Si-
militer syllogismus concludens vniuersalem negatiuam potest concludere vni
uersalem negatiuam conuertentem eius et subalternatas illarum duarum

vniuersalium. Similiter syllogismus cōcludens particularem affirmatiuam potest concludere cōuertētem eius. Secunda pars patet quia particularis negatiua nō potest conuerti:ergo syllogismus cōcludens eam nō potest plura cōcludere. Unde alio modo potest syllogismus plura concludere.ꝛ primo syllogismi vniuersales prime figure possunt plura concludere sumendo plures minores extremitates sub medio:vl' sub minori extremitate. Patet quia tam medium q̄ minor extremitas in modis vniuersalibus distribuunt.ergo sub ipis sumi possunt plures termini.exemplū quādo sumitur sub medio.vt omne animal est substātia omnis homo est animal.ergo omnis homo est substātia.Similiter omnis asinus est animal.igitur oīs asinus est substantia.exemplū sumēdo sub minore extremitate.vt omne animal est substantia.oīs bō est animal. igit oīs bō est substantia.Similiter oīs bō est substantia.sortes est bō.ergo sortes ē substātia.Sz in modis vniuersalib' secūde figure possunt cōcludi plures cōclusiōes manifeste sumēdo sub minori extremitate.Sed sumēdo sub medio cōcludunt plures cōclusiones immanifeste. Prima pars patet quia minor extremitas in illis modis distribuitur.ꝛ minor secundi syllogismi erit prosyllogisata:ergo tunc plura concluduntur manifeste. Secunda pars patet quia licet medium distribuatur:tamen neutra premissarum secundi syllogismi erit prosyllogisata:ergo tunc plura cōcluduntur immanifeste. Sed in modis particularibus scde figure nō possunt plura cōcludi sumendo sub minori extremitate cum illa nō distribuatur.sed bene sumendo sub medio qd distribuitur:sed hoc erit immanifeste. scdus mod'.

Capitulum secundū de potestate syllogisandi ex falsis verum.

Sicut sunt aliqui syllogismi cōstituti ex ambabus veris:ita aliqui sunt cōstituti ex duabus falsis.aut ex vna vera ꝛ altera falsa. Et ad maiorem declarationem ponuntur due conclusiones. Prima est q̄ ex veris non sequitur falsum. Nam tunc due contradictorie essent simul vere qd est impossibile. Et patet cōsequentia quia illud falsum nō repugnaret vero nec eius cōtradictoriū verum.cum verum nō repugnat vero:ergo illud falsum ꝛ suū cōtradictoriū simul stabūt quod est impossibile. Nō tamē propter hoc credēdum est qd vna sola premissa vera possit esse antecedēs syllogismi qz ex vno nihil seqtur. Secūda cōclusio est ex falsis bene sequitur verū qz est:sed nō propter qd. Prima pars patet qz in qualibet figura ꝛ in quolibet modo ex ambabus falsis in toto vl' in parte vel ex vna falsa in toto vel in parte ꝛ altera vera sequitur conclusio vera dūmodo maior nō ponatur in toto falsa ꝛ minor vera in prima figura:tunc enī nō seqtur conclusio vera.qz īpossibile est maiorem extremitatem dici de medio false pro quolibet eius supposito ꝛ pro aliquo eius vere:qd contingeret si ex maiore in toto falsa ꝛ minore vera sequeretur conclusio vera in modis vniuersalib' prime figure.Sed semper alias ex ambabus falsis vel vna falsa sequitur cōclusio vera vt posset probari inductiue. Et sic patet q̄ licet sequatur cōsequens est falsum:ergo antecedens est falsum:nō tamē sequitur cōsequens est verum:ergo antecedens est verum. Secunda pars patet quia si ex falsis sequeretur verum propter quid:sequeretur q̄ ad idem affirmatum ꝛ negatum sequeretur idē sed cōsequens est falsum igitur ꝛ antecedens.Cōsequentia patet qz in cōsequentia propter quid ad antecedēs esse verum sequitur cōsequens esse verum:ergo si ad ipm esse falsum sequatur cōsequens esse verum tunc ad antecedens esse verum ꝛ nō esse verum sequeretur idem scz cōsequens esse verum.Sed falsitas cōsequēris patet quia si ad idem affirmatum ꝛ negatum puta ad.a.esse bonum.ꝛ a non esse bonū sequatur idem sz.b.esse magnum.tūc vnum cōtradictoriū sequitur ad reliquum. Nam bene sequitur a est bonum.igitur b est magnū.ergo etiā sequit

primā pars.

prīa cōclusio

scda cōclusio

correlarium

b nō est magnum.ergo a nō est bonum.⁊ vltra sequitur a nō est bonum.ergo b est magnum.igitur bene sequitur.b nō est magnum.igitur b est magnū.⁊ sic ad vnū contradictorium sequeretur reliquum quod est impossibile.

Capitulum tertium de potestate syllogisandi circulariter.

prima pars. Syllogismus circularis est qui procedit ex cōclusione prioris syllogismi cū cōuertente alterius premisse ad inferendū alteram premissam. vt si sic arguatur in barbara.omne b est a.omne c est b.ergo ome c est a. sic fit syllogismus circularis.omne c est a.omne b est c.igitur omne b est a. Unde nō contingit circulariter syllogisare sumēdo alios terminos a termis prioris syllogismi:sed bene sumendo aliam premissam a premissis prioris syllogismi.quia nisi sumeretur altera premissa esset eadem conclusio quā tamē oportet esse alteram. Similiter nō fit syllogism⁹ circularis verus nisi in terminis cōuertibilib⁹: q̄ oportet ibi vniuersalē affirmatiuā in aliam vniuersalē conuerti q̄d nō potest fieri nisi in terminis cōuertibilibus. Unde in barbara contingit quinq̄ modis circulariter syllogisari. Primo ex cōclusione cum cōuertēte minoris infertur maior.

primum correlariū

secundum

secōa pars. primaregula

Secūdo ex cōclusione cum cōuertente maioris infertur minor. Tertio ex cōuertente cōclusionis cum minore posita loco maioris:infertur conuertens maioris. Quarto ex cōuertente cōclusionis cum maiore posita loco minoris infertur cōuertens minoris: Quinto ex cōuertentibus premissarum transpositarū infertur cōuertens cōclusionis. Sed in celarent nō cōtingit premissam affirmatiuam circulariter syllogisari.quia argueretur ex ambabus negatiuis nisi maior cōuertatur in vnam affirmatiuā de subiecto infinito vel in vnam ypotheticā vt si sic arguatur in celarent nullum rationale est lapis.omnis homo est rationalis.igitur nullus homo est lapis.potest minor sic syllogisari.omnis nō lapis est rationalis.vel cui nulli inest lapis huic omni inest rationale.sed nullus homo ē lapis.igitur omnis homo est rationalis.sed premissa negatiua syllogisari potest ex cōclusione cum cnuertēte minoris. In darij aūt ⁊ ferio nō possunt premisse vniuersalis circulariter syllogisari.patet quia argueretur ex ambabus particularibus:sed premisse particulares bene possunt syllogisari.differenter tamen in darij ⁊ ferio:quia in darij ex conclusione cum cōuertente maioris infertur minor sed in ferio ex cōclusione cum cōuertente maioris nō infertur minor nisi maior cōuertantur in vnam affirmatiuam de subiecto infinito vel in vnam ypotheticam.

secōa

tertia

quarta

Similiter in cesare ⁊ camestres premissa affirmatiua nō potest circulariter syllogisari.quia argueretur ex ambabus negatiuis nisi premissa negatiua cōuertatur in vnam affirmatiuam vel in vnam ypotheticam.sed in eis bene syllogisatur premissa negatiua differenter tamen quia in camestres ex conclusione cum cōuertente maioris infertur minor in propria forma:sed ex conclusione de cesare cum conuertente minoris non infertur maior de cesare sed cōuertens eius in celarent

quinta

Similiter in baroco ⁊ festino,premissa vniuersalis nō potest circulariter concludi propter causam dictam sed bene premissa particularis.differenter tamen quia in baroco ex cōclusione cum cōnertente maioris infertur minor in propria forma:sed in festino ex cōclusione cum cōuertente maioris nō infertur minor nisi maior cōuertatur in vnam affirmatiuam de subiecto infinito. Sed in modis vniuersalibus tertie figure neutra premissarum potest circulariter syllogisari.q̄ in tertia figura nō cōcluditur vniuersaliter. Sed in modis particularib⁹ siue affirmatiuis siue negatiuis:licet premissa vniuersalis nō possit circulartter syllogisari propter causam dictam tamen bene premissa particularis.differenter tamen quia in disamis ⁊ bocardo ex cōclusione cum cōuertēte minoris infertur maior in propria forma:sed in datisi ⁊ inferison nō.quia in datisi ex conclusione cū

sexta regula.

septima.

conuertente minoris infertur conuertens minoris in darij. ⁊ in ferison cum conuertente maioris in vnam affirmatiuam de subiecto infinito ⁊ conclusione infert conuertēs minoris. Ex predictis patet primo ꝙ omnis syllogisatio premissarum syllogismi prime figure fit per ipam primam figuram aut per tertiam. Nā si syllogisetur premissa negatiua tunc fit per primam figuram. Si vero syllogisetur affirmatiua in modis negatiuis hoc fit per tertiam. Scōm corelarium est omnis syllogisatio premissarum syllogismi secūde figure fit per ipam primā figuram aut per secundā aut per tertiam. Nam si syllogisetur maior negatiua tunc hoc fit per primam: si minor negatiua tunc hoc fit per secundā. ⁊ si syllogisetur premissa affirmatiua hoc fit per tertiam. Tertium corelariū est. omnis syllogisatio premissarum syllogismi tertie figure fit per ipam tertiam figuram.

tertia pars. primūcorelarium. scōm corelarium tertium. quartum.

Quartum corelarium est in secunda ⁊ tertia figuris nō fiunt syllogismi circulares nisi imperfecti quia ex cōclusione cum altera premissarum conuersa nō syllogisatur altera premissarum in propria forma.

Quartum capitulum de potestate syllogisandi conuersiue.

pria pars.

Syllogismus conuersiuus est syllogismus procedens ex contrario vel contradictorio cōclusionis cum altera premssarum ad inferendum contrariā vel contradictoriam alterius premisse. Unde si conclusio prioris syllogismi sit vniuersalis potest indifferenter sumi cōtrarium vel cōtradictorium eius licet referat sumere contrarium vel contradictorium. Si vero talis conclusio sit particularis solum potest sumi cōtradictorium. Unde minor de barbara interimit per suam cōtrariam in camestres sumēdo contrarium cōclusionis cum maiore.

secunda pars.

Sed sumendo cōtradictorium conclusionis interimitur per suam cōtradictoriam in baroco. Sed maior de barbara nō potest interimi per suam cōtrariam quia hoc esset in tertia figura in qua nō concludit vniuersaliter: ipa vero interimitur in felapton per suam cōtradictoriam sumendo cōtrariam conclusionis cū minore ⁊ in bocardo sumendo cōtradictorium cōclusionis. Sed minor de celarent interimit per suam cōtrariam in cesare: ⁊ per suam cōtradictoriā in festino. maior vero interimitur in darapti sumendo cōtrarium cōclusionis cum minore ⁊ in disamis sumendo cōtradictorium cōclusionis. Sed in darij ⁊ in ferio. ⁊ sil'r in omnibus modis pricularibus neutra premissarum cōuersiue syllogisat sumēdo cōtrariam cōclusionis qz cum cōclusio sit pricularis ipa nō potest habere subcontrariam que interimat alteram subcontrariā. Sed quelibet premissarum cōuersiue syllogisat sumēdo cōtradictoriā cōclusionis: pura minor de darij in camestres: ⁊ maior in ferison. maior aūt de ferio in datisi ⁊ minor in cesare. In modis aūt secūde figure maior nō potest interimi per suam cōtrariā: qz hoc esset in tertia figura in qua nō cōcludit vniuersaliter: sed bene potest interimi per suā cōtradictoriā. Unde minor de cesare interimit per suam cōtrariam in celarent ⁊ p suā cōtradictoriā in ferio. sed maior interimit in darapti sumendo cōtrariā cōclusionis: ⁊ minorē pro maiore. sumendo aūt cōtradictoriā cōclusionis interimitur in datisi. Similiter in camestres minor interimit per suam cōtrariā in barbara: ⁊ per suā cōtradictoriā in darij: sed maior interimit per suā cōtradictoriam in felapton sumēdo contrariū conclusionis cū minore loco maioris. ⁊ in bocardo sumēdo contradictoriū conclusionis. Similiter minor de festino interimitur in celarent: ⁊ maior in disamis. Sed minor de baroco interimit in barbara: ⁊ maior in bocardo. In modis āt tertie figure neutra pmissarū pōt cōuersiue syllogisari sumēdo cōtrariā conclusionis quia illa contraria esset particularis que nō potest esse maior in prima vel secūda figura. Sed bene potest quelibet premissarum interimi sumendo contradictorium conclusionis. vt maior de

barbara. celarent. darij. tertia ps. cesare camestres festino. baroco quarta ps.

darapti·
felapton·
disamis.
datisi
bocardo·
ferison

darapti interimitur in celarent sumendo cōtradictoriū conclusionis cum mino re. minor vero interimitur in cesare sumendo cōtradictoriū conclusionis cu ma iore posita loco minoris. Similiter in felapton maior interimitur in barbara per suam contrariam: ⁊ minor in camestres. Sed in disamis maior interimit in celarent: ⁊ minor in festino. In datisi vero maior interimitur in ferio: ⁊ minor in cesare. Similiter in bocardo maior interimitur in barbara: ⁊ minor in baroco. Sed in ferison maior interimitur in darij ⁊ minor in camestres. Ex dictis patet primo qūo fiet syllogismus cōuersiuus. ⁊ quando debet capi cōtrariuz cōclusionis ⁊ quando cōtradictoriū. Patet secundo ꝙ premisse syllogismi prime figure interimunt per scdam ⁊ tertiam figuras. maior per tertiam: ⁊ minor por scdam. Patet tertio ꝙ premisse syllogismi secunde figure interimunt per primam ⁊ tertiam figuras maiore per tertiam: ⁊ minor per primā. Patet quarto ꝙ premisse syllogismi tertie figure interimuntur per scdam ⁊ primam figuras. maior per primam: ⁊ minor per scdam.

prima pars.

Capitulum quintum de potestate syllogisandi per impossibile.

Syllogismus per impossibile est ille qui procedit ex cōtradictorio propositionis negate a respondēte cum vna manifeste vera ad inferendum vnam manifeste falsam. ex cuius falsitate infertur falsitas alicuius premisse: ⁊ ex falsitate illius infertur veritas cōclusionis probande. Et fit talis syllogismus in oibus figuris sicut syllogismus cōuersiuus. qz ex eisdem terminis ⁊ propositionibus constituit sicut syllogismus cōuersiuus. differt tamē ab eo qz in syllogismo conuersiuo sumitur cōtradictoria cōclusionis prioris syllogismi: sed in syllogismo ad impossibile non sed solum sumitur cōtradictoria propositionis negate a respondente. Unde pro syllogismo ad impossibile ponitur tale documentum.

scda pars
documentum

Omnis illa premissa potest per impossibile syllogisari in aliquo modo ⁊ in aliqua figura cuius cōtradictoria potest esse premissa in illo modo ⁊ in illa figura

primum corrolariū

Ex quo patet ꝙ vniuersalis affirmatiua nō potest per impossibile syllogisari in prima figura quia in ea sua cōtradictoria non potest esse maior. quia maiore particulari nihil sequitur. neqz minor quia minore negatiua nihil sequitur. ergo vniuersalis affirmatiua nō potest syllogisari per impossibile in prima figura sed bene alie propositiones: puta particularis affirmatiua in celarent sumendo cōtradictoriū eius pro maiore cum minore manifeste vera. Similiter vniuersalis negatiua syllogisat per impossibile in darij: sumendo cōtradictoriū eius pro minore. ⁊ particularis negatiua in barbara sumendo eius contradictoriū pro maiore. ⁊ nō debet ibi capi cōtrarium. quia tunc nō ostendit propositū: cum due cōtrarie possunt simul esse false. Patet secundo ꝙ omnes propositiones possunt syllogisari per impossibile in scda figura: puta vniuersalis affirmatiua in baroco sumendo cōtradictoriū eius pro minore. ⁊ particularis affirmatiua in camestres sumendo eius cōtradictoriū pro minore. Vniuersalis aūt negatiua in festino. ⁊ particularis negatiua in cesare. ⁊ boe sumendo cōtradictoriū pro minore. Patet tertio ꝙ in tertia figura potest quelibet conclusio syllogisari per impossibile: puta vniuersalis affirmatiua in bocardo sumendo eius contradictoriū pro maiore cum vna vniuersali manifeste vera. similiter particularis affirmatiua syllogisatur per impossibile in ferison sumendo eius contradictoriū pro maiore. Sed vniuersalis negatiua syllogisatur per impossibile in datisi iumendo cōtradictoriū eius pro minore. particularis aūt negatiua in bocardo sumendo contradictoriū eius pro minore. Et sic patet ꝙ sumendo contradictoriū propositiōis negate ⁊ nō contrarium fit syllogismus ad impossibile in qualibet figura sicut ostensiuus. Differunt tamen illi syllogismi dupliciter. quia

secundum.

tertium

tertia ps
diuisio

in syllogismo ostensiuo nõ oportet vnam premissam esse veram ⁊ alteram falsam
immo ambe possunt esse vere. Sed in syllogismo ad impossibile oportet vnam
esse veram ⁊ alteram falsam. Secundo quia conclusio syllogismi ad impossibi
le semper debet esse falsa non aũt semper in syllogismo ostensiuo. Sed tamen cõueniemtia
conueniunt in hoc quia omnis conclusio syllogisata per impossibile potest syllo
gisari ostensiue.capiendo contradictorium conclusionis syllogismi mendacij cuz
altera premissarum ad inferendum cõtradictoriam ypothesis vt si aliqua affir-
mariua syllogisetur per impossibile in prima figura syllogisabitnr ostensiue in
tertia:⁊ si sit negatiua syllogisabitur in secunda. Similiter omnis propositio
syllogisata per ipossibile in secũda figura:⁊ si sit affirmatiua syllogisatur in pri
ma:⁊ si negatiua in tertia.⁊ similiter omnis propositio per impossibile syllogi-
sata in tertia figura.⁊ si sit affirmatiua syllogisat in prima:si negatiua i secun
da vt particularis affirmatiua syllogisata per impossibile in celarent syllogisa
tur conuersiue in disamis.⁊ vniuersalis negatiua syllogisata per impossibile in
darij syllogisatur cõuersiue in camestres ⁊ particularis negatiua syllogisata per
ipossibile in barbara syllogisat cõuersiue i baroco. Silr vniuersalis affirma
tiua syllogisata per impossibile in baroco syllogisatur conuersiue in barbara.⁊
particularis affirmatiua syllogisata per impossibile in camestres syllogisatur
conuersiue in darij.⁊ vniuersalis negatiua syllogisata per impossibile in festino
syllogisatur conuersiue in celarent.⁊ particularis negatiua syllogisata per im-
possibile in cesare:syllogisatur conuersiue in ferio. Similiter vniuersalis af-
firmatiua syllogisata per impossibile in bocardo syllogisatur conuersiue in bar
bara.⁊ particularis affirmatiua syllogisata per impossibile in ferison:syllogisa
tur conuersiue in darij.⁊ vniuersalis negatiua syllogisata per impossibile in da
tisi syllogisatnr cõuersiue in cesare.sed particularis negatiua syllogisata per im
possibile in bocardo syllogisatur cõuersiue in baroco. Et sic patet qõ omnis pro
positio syllogisata per impossibile potest syllogisari conuersiue.

Capitulum sextum de potestate syllogisandi ex oppositis.

n Hnc dicendum est in qua figura ⁊ in quo modo fit syllogismus ex oppo-
sitis. Hnde quadruplices sunt oppositiones:puta vniuersalis affirmati- pria pars
ua ad particularem negatiuã.⁊ vniuersalis negatiua ad particularem affirmati
uam. Similiter vniuersalis affirmatiuam ad vniuersalem negatiuam.⁊ etiam
particularis affirmatiua ad particularem negatiuam.⁊ inter istas tres prime
sunt oppositiones secundum veritatem:quarta vero secundum locutionem. Hn
de pro syllogismo ex oppositis ponuntur tres conclusiones. Prima est in pri scõa pars
ma figura non fit syllogismus ex oppositis necꝫ in modis affirmatiuis necꝫ in pria cõclusio
modis negatiuis. De modis affirmatiuis patet.quia propositiones affirmati-
ue non opponuntur adinuicem. De modis negatiuis patet.quia propositiones
opposite habent idem predicatum.sed premisse prime figure non habent idem
predicatum.ergo non sunt opposite. Secunda conclusio est in quolibet modo
secunde figure potest fieri syllogismus ex oppositis per se vel per accidens. Ex- secunda.
emplum de oppositis per se in camestres:vt omnis disciplina est studiosa.⁊ nul-
la disciplina est studiosa.ergo nulla disciplina est disciplina. Et similiter argui-
tur in cesare. Exemplum de oppositis per accidens.vt omnis disciplina est studi
osa.⁊ nulla medicina est studiosa.ergo nulla medicina est disciplina. Exemplu3
in festino.vt nulla disciplina est opinio.⁊ quedam medicina est opinio.ergo que
dam medicina non est disciplina. Tertia conclusio licet in modis affirmatiuis
tertie figure non fiat syllogismus ex oppositis: bene tamen in omnibus modis tertia
modis negatiuis. Prima pars patet sicut in modis affirmatiuis prime figu-

re. Secunda pars patet sic arguendo in ferison. nulla medicina est disciplina
⁊ quedam medicina est disciplina. ergo quedam disciplina non est disciplina. Et
sic patet ꝙ in modis vniuersalibus negatiuis fit syllogismus ex cōtrarijs: in mo
dis vero particularibus ex cōtradictorijs. Unde pro maiori declaratione pre
tertia ps cedentium ponuntur sex documenta: quorum primum est. In syllogismo ex op-
primum do- positis non sunt sumende propositiones subcontrarie: quia ille sunt particula-
cumentum. res ex quibus nihil sequitur. Secundum documentum est. ad hoc ꝙ premisse
scōm. syllogismi ex oppositis concedantur oportet vtramq; prosyllogisari: vel vnam
assumi. ⁊ alteram prosyllogisari sicut dictum est in topicis. Tertium documē
tertium tum est ex quo sunt solum tres modi oppositionis secundum veritatem. scz duo
contradictorij ⁊ vnus contrarius. ideo sex modis contingit opposita combinari
quia si premisse sunt contrarie tunc vel maior est vniuersalis affirmatiua ⁊ mi-
nor vniuersalis negatiua vel econtra. ⁊ similiter in contradictorijs. Quartum
quartum documentum est syllogismus ex oppositis differt a syllogismo ex falsis. quia in
syllogismo ex falsis conclusio semper est vera: sed in syllogismo ex oppositis con
clusio semper est falsa si termini supponant: cum ibi negetur idem de seipso vel to
tum de sua parte. Quintum documentum est nihil differt in syllogismo ex op
quintum positis inferre conclusionem contrariam vel contradictoriam propositioni con-
cesse a respondente: quia talis propositio supponebatur tanquā vera. Sex-
tum documentum est premisse syllogismi ex oppositis non possunt per vnum syl
sextum logismum concludi nisi maior propositio statim assumatur cum vtraq; parte cō
tradictionis ex parte predicati. Et si non concludantur ambo opposita opor-
tet vnum concedi a respondente: ⁊ alterum concludi vel ambo inferri per diuer-
sos syllogismos. Exemplum primi. vt omne animal est album ⁊ non album.
omnis homo est animal. igitur omnis homo est albus ⁊ non albus. Exemplū
secundi vt si concedatur ista. omnis disciplina est opinio. tunc syllogisatur sua cō
tradictoria sic. nulla medicina est opinio. ⁊ quedam disciplina est medicina. ergo
quedam disciplina non est opinio.

Tractatus secundus est de peccatis contingentibus circa syllogismos. ⁊ con-
tinet tria capitula.

Capitulum primum de petitione principij que est peccatum in syllogismum
circularem.

pria pars p Petere principium est quando nō ostenditur propositū. ⁊ hoc fit multipli
citer. Primo quando nihil omnino ostēditur. Secundo quando ali
quid ostenditur per ignotiora. Tertio quando prius ostenditur per posterius
Et non fit petitio principij circa prima principia que sunt per se nota: sed circa
propositiones que possunt probari. Unde dupliciter contingit petere principiū
scilicet statim: ⁊ non statim. Statim quando idem ostenditur per se ipm vt a est.
ergo a est. Non statim quando aliquid ostenditur per aliud quod natum est oste-
di per primum. Et reducitur petitio principij non statim ad petitionem princi-
pij statim sic. si quis probet lineas esse paralellas quia non concurrunt: tūc tan-
dem petitur principium statim sic arguendo. iste linee sunt paralelle: igitur non
concurrunt. ⁊ vltra non concurrunt: igitur sunt paralelle. ergo de primo ad vlti-
mum iste linee sunt paralelle. igitur sunt paralelle. ibi est petitio principij statim
scda pars Unde in barbara petitur principium. Primo si maior sit magis dubia quaz
conclusio. quia tunc ex conclusione ⁊ conuertente minoris syllogisabitur maior ⁊
tandem maior per se ipam. Secundo quando minor est magis dubia quā cōclu-
sio. quia tunc ex conclusione ⁊ conuertente maioris syllogisatur minor per syllo-
gismum circularem. ⁊ sicut petitur principium in barbara: ita ⁊ in celarēt: ⁊ etiā

in alijs modis aliarum figurarum. Differt tamen petere principium in demonstrariuis ⁊ dialecticis. quia in demonostrariuis petitur principium secūdum veritatem: in dialecticis vero scōm opinionem.

Secundum capitulum in quo determinat de non propter hoc accidere falsuz: qō est peccatum contra syllogismum ad impossibile. pria pars.

n On propter hoc accidere falsum fit in syllogismo ad impossibile ⁊ non in syllogismo ostensiuo. patet dupliciter. Primo quia in illo syllogismo fit non propter hoc accidere falsum in quo ex falsitate conclusionis infertur falsitas alterius premisse. sed hoc fit in syllogismo ad impossibile ⁊ non in syllogismo ostensiuo igitur. Secundo patet quia in illo syllogismo fit nō propter hoc accidere falsum in quo ponitur aliqua premissa superflua: qua remota nō minʒ sequitur conclusio: sed hoc est in syllogismo ad impossibile: ⁊ non in syllogismo ostensiuo. in quo si aliquid remoueatur nō manebit nisi entbymema igitur. Unde non propter hoc accidere falsum est propositio superflue posita in syllogismo ad impossibile: nihil faciens ad illationem cōclusiōis: cuius tamē falsitas infertur ex falsitate conclusionis ac si talis propositio esset causa falsitatis conclusionis. Et est duplex. Nam quoddam est qō nō conuenit in aliquo termino cū premissis syllogismi ad impossibile: vt si sumatur ista pro yporbesi. dyameter est simeter cum ratione zenonis: sic arguendo. dyameter est simeter. impossibile est infinita pertrāsire. sed in quolibet spacio sunt infinita. igitur impossibile est aliqō spacium pertransire. conclusio est falsa. ergo ⁊ ista dyameter est simiter. Aliud est quod cōmunicat in aliquo termino cum premissa syllogismi ad impossibile. vt si sub subiecto yporbesis sumatur medium vl' supra predicatum eius maior extremitas: verbi gratia. sit hec yporbesis omne b est a. tunc potest sumi sub subiecto li c. sic arguendo. omne c est b. omne d est c: igitur omne d est b. conclusio est falsa. ergo ⁊ yporbesis. scz omne b est a. vel potest sumi supra predicatum li f. sic arguendo. omne b est f. ⁊ omne a est b. ergo omne a est. f. conclusio est falsa ergo ⁊ yporbesis scz omne b est a. Secundo potest diuidi nō propter hoc accidere falsuz in duos modos. Primus est quando sumitur sub subiecto yporbesis ⁊ cōclusio cōuenit cum yporbesi in predicato. vt si hec sit yporbesis. omne b est a. sub cuiʒ subiecto sumatur c. sic arguendo. omne c est b. ⁊ omne d est c. igitur omne d est b. tunc conclusio nō sequitur propter yporbesim. Sed si iterum conclusio copuletur ad yporbesim: sic arguendo. omne b est a. omne d est b. igitur omne d est a. iam sequitur impossibile propter yporbesim. Secundus modus est quando sumitur supra predicatū ⁊ conclusio cōuenit cum yporbesi in subiecto. vt sit yporbesis omne b est a. ⁊ sumatur supra predicatum f. sic arguendo omne b est f. omne a est b. igitur omne a est f. ibi sequitur conclusio ⁊ nō propter yporbesim. sed si ipa iterum copuletur ad yporbesim: sic dicendo. omne a est f. ⁊ omne b est a. igitur omne b est f. iam sequitur falsum propter yporbesim. Et si querat aliqs an ex quo nō sequitur falsum propter yporbesim. vtrum illud falsum sequatur propter premissam veram sumpram in syllogismo ad impossibile. Ad hoc dicitur ꝙ nō quia in omni syllogismo habente conclusionem falsam oportet vnam premissarum vel ambas esse falsas. Unde pro respondente ponuntur due caute le. Prima est si conclusio opponentis sit nota respondenti: tunc respondēs cauere debet ne concedat propositiones conuenientes in eodem termino: quia alias opponens non poterit contra eum facere syllogismum: cum sine medio nō fiat syllogismus. Secunda cautela est si conclusio opponentis sit ignota respondenti: tunc respondens cauere debet ne concedat propositionem per quam possit inferri talis conclusio considerando in quibus modis ⁊ figuris possit talis con-

scōa pars diffinitio

pria diuisio

scōa diuisio

questio

solutio

tertia pars. pro respōdēre.

pro opponente

clusio concludi. Similiter pro opponente ponuntur due cautele. Prima est ꝙ opponens non manifester suam conclusionem respondenti. sed statim assumat propositiones necessarias quas faciat a respondente concedi. Secunda est si opponens habeat plura media ad eandem conclusionem: debet incipere a remotioribus. ⁊ si non habeat nisi vnum debet ab illo incipere anteq̃ ponat conclusionem. Et sic patet habito quomodo debeat fieri syllogismus: quomodo fieri elenchus. quia elenchus potest fieri ex duabus affirmatiuis vel ex vna affirmatiua ⁊ alia negatiua dummodo concludat contradictoriā propositionis respondēntis. Sed contra illum qui omnia negat nō potest fieri elenchus. neq̃ sine propositione vniuersali potest fieri elenchus cum elenchus idem sit qd̄ syllogismus.

Capitulum tertium in quo determinatur de fallacia contrarie oppinionis.

pria pars prim' mod'

a Cadit autem decipi in opinione terminorum ⁊ propositionum: ⁊ hoc potest dupliciter fieri. Vno modo. per media non subalternata: vt si quis sciat substantia inesse animali: ⁊ ignoret eam inesse sensibili: tunc ducetur ad opinandum duas contrarias. affirmatiuam per hūc syllogismum. omne animal est substantia. omnis homo est animal. igitur omnis homo est substantia negatiuaꝫ per istum syllogismum. nullum sensibile est substantia. omnis homo est sensibilis igitur nullus homo est substantia. Similiter per media subalternata. vt si q̃s sciat substantiam inesse animali ⁊ ignoret eam inesse corpori: sciat tamen qd̄ corpus ⁊ animal insunt homini: talis ducetur ad opinandum contrarias propositiones. affirmatiuam per hunc syllogismum. omne animal est substantia. omnis homo est animal. igitur omnis homo est substantia. ⁊ negatiuam per istum syllogismum. nullum corpus est substantia. omnis homo est corpus. igitur nullus homo est substantia. Ex vtroq̃ istorum modorum contingit opinari contraria dupliciter. Vno modo cum inconuenienti. Alio modo sine inconuenienti. Cum inconuenienti quando quis opinatur propositiones ordinatas in syllogismo ex quibus inferuntur contrarie. vt si quis opinetur premissas syllogismi affirmatiui: ⁊ etiam negatiui ducetur ad opinandum vnam premissam ⁊ suam contradictoriam. quia ex conclusione syllogismi negatiui. ⁊ minore syllogismi affirmatiui infertur contradictoria maioris syllogismi affirmatiui. vt suppositis duobus primis syllogismis sic arguitur in felapton. nullus homo est substantia. omnis homo est animal. ergo quoddam animal non est substantia. Sed sine inconuenienti opinantur contraria quando opinantur propositiones ex quibus vnum illorum potest concludi. ⁊ ille capiuntur extra syllogismum vel in diuersis syllogismis. tunc enim opinamur vnam contrariam in vniuersali. ⁊ alteram in particulari. vt patet per duo exempla. Primum est si quis cognoscat omnem triangulum habere tres. tunc presentato sibi aliquo triangulo poterit opinari ꝙ ille triangulus non habet tres: ⁊ tamen opinatur in vniuersali ꝙ ille triangul' habet tres.

secundus.

Secundum exemplum est si quis cognoscat omnem mulam esse sterilem ⁊ presentetur sibi vna mula habens grossum ventrem tunc opinabitur ꝙ illa mula no est sterilis. ⁊ tamen sciebat in vniuersali hanc mulam esse sterilem. Vnde aliq̃d dicitur sciri tripliciter: ⁊ tot modis dicitur ignorari. Primo aliquid dicitur sciri in vniuersali quando scitur aliqua propositio ex terminis cōmunibus constituta ex qua illud potest deduci. Secundo contingit sciri in propria forma quando scitur aliqua cōclusio ex terminis specialibus constituta. Tertio modo scitur aliquid in actu quando illud actualiter consideratur. ⁊ scitur in habitu: quando de eo habetur habitus per quem potest quis de eo considerare cum voluerit. Similiter contingit opinari contraria ex parte terminorum duplici-

notabile.

ter. Primo cum inconuenienti. vt si quis opinetur aliquid esse malum: ⁊ illud idem esse bonum tunc ducetur ad opinandum istas duas. bonum est malum. ⁊ bonum est bonum. Primam sic arguendo. hoc est malum. ⁊ hoc est bonum. igitur bonum est malum. Secūdam sic arguendo. bonum est malum. ⁊ malum est bonū igitur bonum est bonū. Sed sine inconuenienti contingit opinari contraria ex pte terminorum opinando q̄ vnum insit per se: ⁊ aliud per accidens. scda pars

Tertius tractatus in quo ponuntur quedam regule valentes ad reducendus alias species argumentationis a syllogismo ad ipm syllogismū.

Capitulum primum.

Pro reductione aliarum specierum argumentationis ad syllogismum ponuntur sex regule. Quarum prima est si extremitates cōuertantur inter se necesse est medium conuerti cum extremis patet. quia in barbara ex conuertente conclusionis cum minore posita loco maioris infertur conuertens maioris. Similiter ex eadem conuertente cum maiore posita loco minoris infertur cōuertens minoris. ergo si extremitates cōuertantur inter se necesse est medium cōuerti cum extremis. ⁊ similiter si medium conuertatur cum extremis necesse est extrema conuerti adinuicem: quia ex conuertente maioris cum minore posita loco maioris infertur conuertens conclusionis. Similiter ex cōuertente minoris cum maiore posita loco minoris infertur cōuertens conclusionis. ergo si medium conuertatur cum extremis extremitates cōuertantur inter se. Secunda regula est si sint duo contraria: puta genitum ⁊ ingenitum ex vna parte. ⁊ duo alia: puta corruptibile ⁊ incorruptibile ex altera. tunc si duo prima contraria cōuertantur cū alijs duobus. ⁊ econtra necesse est si duo prima de quolibet ente verificētur ⁊ de nullo simul: q̄ etiam duo secunda de quolibet ente verificabuntur ⁊ de nullo simul. Patet per duos syllogismos Primus est omne genitum vel ingenitum est corruptibile vel icorruptibile. sed omne ens est genitum vel ingenitum. igr omne ens est corruptiible vel incorruptibile. Secundus syllogismus. omne corruptibile vel incorruptibile est genitum vel ingenitum. sed nullum ens est genitum et ingenitum. igitur nullum ens est corruptibile ⁊ incorruptibile. Tertia regula est si sint duo contraria puta genitum ⁊ ingenitum. ⁊ duo alia: puta corruptibile ⁊ incorruptibile. tunc si vnum conuertatur cum vno alterius contrarietatis necesse est etiam alterum couerti cum alio alterius contrarietatis. Nam nisi sic tunc aliquid esset ingenitum qd nō esset incorruptibile. ⁊ sic illud esset corruptibile: ⁊ per cōsequens genitum qd est impossibile. Quarta regla ē si aliquid dicatur de duobus terminis vniuersaliter. vt rationale de homine ⁊ risibili: ⁊ de nullis alijs dicatur quin illa de ipis dicantur. tunc si homo ⁊ risibile conuertantur inter se: necesse est rationale cum eis conuerti. Quinta regula est si aliqua duo predicata puta animal ⁊ risibile dicantur de eodem subiecto puta de homine vniuersaliter. tunc si homo cum risibili conuertatur: animal predicabitur vniuersaliter de risibili. Et valet hec regula pro syllogismo scōm equalitatem in subiectis. Sexta regula est si sint duo opposita: puta a ⁊ b. quorum vnum scz a sit eligendum. ⁊ b fugiendū. similiter sint alia duo opposita ex altera parte: puta d ⁊ c. quorum d sit eligendum ⁊ c fugiendum. tunc si a iunctum cum c. est magis eligendum q̄z d iunctum cum b. sequitur q̄ a erit magis eligendum quam d. Patet nam si a non sit magis eligendum q̄z d. aut hoc erit. quia a est eque eligēdum precise sicut d. aut quia est minus eligendum q̄z d. non primum. quia si a ⁊ d essent eque eligenda: tunc b ⁊ c. essent eque fugienda. ⁊ ita a iunctum cum c non essent magis eligendum q̄z d iunctum cum b. nec scōm cum tunc b qd opponitur a esset minus fugiendum q̄z c. Nam quod minus est: minori opponitur. ⁊ sic d.

pria regula.

tertia regula

quarta

quinta

sexta.

iunctū cum b.esset magis eligendū q̄ a cum c.cuius oppositum suppositum est. Aliter declaratur illa regula in terminis significatiuis.quia a velle bene agere iunctum cum c quod est non bene agere:est magis eligendum q̄ d.quod est bene agere iunctum cum b.quod est nolle bene agere.quia voluntas bona sine actione est magis eligenda q̄ actio bona sine voluntate.ergo velle bene agere est magis eligendum q̄ bene agere.Et similiter amor dilectionis magis est eligendus q̄ coitus.cum delectatio sit finis coitus.

Quartus tractatus est de speciebus argumentationis alijs a syllogismo reducibilibus ad syllogismum:⁊ continet sex capitula.

Primum capitulum in quo determinatur de inductione.

pria pars.. n Hinc dicendum est de alijs speciebus argumentationis a syllogismo. quia non solum syllogismi dialectici aut demonstratiui fiunt per tres figuras sed etiam argumentationes rhetorice:sicut sunt entbymema ⁊ exemplum:que reducuntur ad syllogismum aut inductionē. Unde inductio est syllogismus ostē

inductio. dens maiorem extremitatē de medio per minorem.vt si esse longeuū demonstretur de hoc complexo.animal non habens coleram per istud medium:hic equus. hic asinus.sic arguendo hic equus est longeuus.hic homo est longeuus.⁊ sic de omnibus animalibus non habentibus coleram:ergo omne animal non habens coleram est longeuū.Et reducitur talis inductio ad syllogismum capiendo disiunctum ex singularibus pro medio:sic arguendo omne quod est hic equus. hic asinus.⁊ sic de alijs animalibus non habentibus coleram est longeuū.sed omne quod est hic equus.hic asinus.⁊ sic de alijs est animal non habens coleram.igi-

obiectio. tur omne animal non habens coleram est longeuū. Et si dicatur ꝙ ibi cōcludit vniuersaliter:qualiter non potest concludi in tertia figura. Ad hoc dici

solutio tur ꝙ in tertia figura bene concluditur vniuersaliter dūmodo medium ⁊ minor extremitas conuertantur.vt patet per quintam regulam prius positam. Ex di-

scōa pars. ctis patet ꝙ inductio differt a syllogismo tripliciter. Primo quia syllogism' est probatiuus propositionū mediatarum. Inductio vero propositionū immediatarum. Secundo quia syllogismus ostendit maiorem extremitatem de minore per medium. Inductio vero ostendit maiorem extremitatem de medio per minorem. Tertio quia syllogismus procedit ex prioribus secundum naturam. Inductio vero ex notioribus nobis.

Capitulum secundum de exemplo.

pria pars e Exemplum aūt est quando ostenditur maior extremitas de medio per aliud simile minori extremitati: ⁊ iterū ostēditur maior extremitas de minori per medium:vt sic arguendo.athenienses pugnare contra thebanos malum est.igit omnes affines cōtra affines pugnare malum est.Et vltra oēs affines contra affines pugnare malū est.⁊focenses contra thebanos pugnare est affines contra affines pugnare.igitur focenses cōtra thebanos pugnare malum est ibi est inductio

alia diffinitio. imperfecta:⁊ syllogismus ad quem reducitur exemplum. Aliter diffinitur sic exemplum.est argumētatio in qua antecedēs se habet ad cōsequēs nō sicut pars

scōa pars ad totum.nec sicut totū ad partē:sed sicut pars ad partem. Et differt ab inductione dupliciter. Primo q̄ inductio ꝓcedit ab oibus singularib' ad vniuersale:exemplum aūt nō. Scōo q̄ inductio ostendit maiorem extremitatē de medio per minorem ⁊ ibi fit status:sed exemplum ostendit maiorem extremitatem de medio per simile minori extremitati:⁊ vltra ostendit maiorem extremitatē de minori per mediū. Tertium capitulū de deductione.

d Deductio autem est quando maior est manifesta ⁊ minor dubia. Similiter tamen credibilis aut magis credibilis conclusione. Et fit duobus modis. Primo quando minor est credibilior conclusione.vt sic

arguēdo ōmnis disciplina est docibilis. iustitia est disciplina. ergo iustitia est docibilis. Secundo modo fit quando minor indiget pauciorib̄us medijs ad probandum q̄z conclusio: vt sic arguendo omne equale recte linee potest quadrari. sz circulus est equalis recte linee. ergo circulus potest quadrari: ibi ad probandum minorem sufficit probare ꝙ quarta pars circuli: ⁊ quarta pars quadrati sunt equales. ⁊ ad probandum conclusionem plura requiruntur. Sed si neq̄z minor esset credibilior cōclusione: neq̄z pauciorib̄us medijs indigeret nō esset deductio ⁊ etiam si minor esset propositio imediata nō esset deductio. prima pars. scda pars

Capitulum quartum de instantia.

i Instantia vero est propositio propositioni contraria. Et differt a propositione contra quam fit instantia quia propositio contra quam fit instantia semper est vniuersalis: instantia aūt potest esse vniuersalis vel particularis. Et sic patet ꝙ omnis instātia fit in ꝑma aut tertia figura. qz si fit vlis fit in ꝑma vt cōtra istā oiuz cōtrariorū est eadē disciplina sic arguit instātiue. nulloz oppositoz ē eadē disciplina. sz oia cōtraria sunt opposita. ergo nulloz contrariorum est eadem disciplina: ibi est instantia vniuersalis in prima figura. Sed particularis sic fiet in tertia Noti ⁊ ignoti non est eadem disciplina. sed notum ⁊ ignotum sunt contraria. ergo contrariorum non est eadem disciplina. Et similiter instaretur contra propositionem negatiuam vniuersaliter in prima figura: ⁊ particularitier in tertia. Et sic patet ꝙ omnis syllogismus instantiuus fit in prima aut tertia figura. quia ad instandum vniuersaliter sufficit capere medium qd̄ est superius ad subiectum propositionis contra quam fit instantia: ⁊ inferius ad predicatum ⁊ sic est in prima figura. Et ad instandum particulariter sufficit capere mediū qd̄ est inferius ad vtramq̄z ⁊ est in tertia figura. ergo omnis syllogism⁹ instantiuus fit in prima aut tertia figura: non aūt in secunda. Tum primo qz si propositio contra quam debemus instare esset negatiua: tunc eius contraria vel contradictoria non posset concludi in secunda figura. Tum secundo quia instantia debet esse statim nota. modo in secunda figura indigem⁹ longo sermone: igitur in secunda figura non fit syllogismus instantiuus saltem affirmatiuus ⁊ per consequens nec argumentū a signo qd̄ fit vt in pluribus affirmatiue. Unde instantia posset fieri per locum a contrarijs per syllogismum ad impossibile. ⁊ per aliquos syllogismos ex ypothesi. primo. secundo.

Capitulum quintum in quo determinatur de entbymemate: ⁊ de differentia ycotis a signo.

e Entbymema est syllogismus ex ycotibus ⁊ signis. Unde ycos est propositio probabilis. quia illud quo facto vt in pluribus aliud factum est. vel quo nō facto aliud nō est factum est propositio probabilis. sed ycos est huiusmodi. ergo ycos est propositio probabilis: vt odire inuidentes: ⁊ diligere amantes Sed signum est propositio demonstratiua vel necessaria. quia illud quo facto aliud necessario fit est ꝓpositio necessaria sed signū est huiusmodi. igr̄ signum est ꝓpositio necessaria. Unde triplicia sunt signa. quedā sunt cōuertibilia cum extremis ex q̄bus fit entbymema in prima figura vt sic arguēdo. hec mulier habet lac in mamillis: igr̄ peperit. Alia sunt excedētia extrema ex q̄bus fit entbymema in scda figura sic arguēdo. hec mulier est palida: igr̄ peperit. Tertia sunt inferiora ad extrema ex q̄b⁹ fit entbymema in tertia figura sic arguēdo. phisitacus est studiosus: igr̄ sapiēs est studiosus. Et differūt ista enchymemata ab inuicē. qz entbymema prime figure ē isolubile. i. difficulter solubile. qz si addat maior fiet syllogism⁹ in ꝑma figura: sz entbymemata scde ⁊ tertie figurarū sūt facile solubilia. qz addita vna p̄missa adhuc nō fit syllogism⁹ sz arguit ex ābab⁹ affirmatis prīa pars scda pars

in secūda figura sic arguendo. omne quod peperit est pallidum. hec mulier est pallida. igitur hec mulier peperit. vel argueretur ex puris particularibus in tertia figura. Similiter differūt illa signa ex quibus fiunt abinuicem quia signum qd̄ est medium prime figure debet dici prodigium cum maxime faciat scire: sed non signa que sunt media in alijs figuris.

Capitulum sextum.

pria suppositio. secunda. primum documentum.

V Ide adinuentionē talis prodigij supponitur primo. ꝙ duplices sunt passiones. quedam sunt naturales que transmutant corpus ⁊ animam: vt ire ⁊ concupiscentie. Alie vero sunt que solum transmutant animam: sicut disciplina. Secundo supponit ꝙ vnius passionis non est nisi vnū signū. Tūc ponūtur duo documenta. Primum est si alicui subiecto non insit nisi vna passio: vt leonibus fortitudo: si velimus signum cognoscere illius passionis: debemus videre ad alias species puta ad hominem in quo est fortitudo: ⁊ tunc illud qd̄ est signum fortitudinis in homine: puta habere magnas sūmitates erit signum fortitudinis in leonibus. Secundū documētum est si vni subiecto insint due passiones ⁊ non insit nisi vnum signū. tunc si velimus scire cuius passionis est illud signum debemus respicere ad subiectum in quo solum est vna illarum passionū vt si velimus scire quod est signum fortitudinis in homine qui est fortis ⁊ liberalis: tunc videndum est ad leones quod est signum fortitudinis. ⁊ quia in eis signum fortitudinis est habere magnas sūmitates: ideo habere magnas sūmitates erit signum fortitudinis in hominibus. Et tale signum potest esse medium in prima figura ad ostendendum illam passionem de suo subiecto: quia excedet minorem extremitatem ⁊ conuertetur cum maiori extremitate: puta cum passione. Et hoc de secundo libro priorum.

secundum

Liber primus posteriorum analeticorū est de demōstratione: ⁊ deceptione in ea: ⁊ statu in medijs ⁊ terminis eius. ⁊ comparatione demonstrationum adinuicem: ⁊ scientiarum inter se: ⁊ scientie ad opinionem.

Tractatus primus est de demonstratione in se ⁊ partibus ac proprietatibus eius: ⁊ continet vndecim capitula.

Primum capitulum ostendit quod omnis doctrina ⁊ omnis disciplina est ex precognitis. ⁊ quot modis est precognoscere: ⁊ tollit errores negantium scire.

pria pars. pria cōclusio

O Mnis doctrina ⁊ omnis disciplina intellectiua ex pre existenti fit cognitione. hoc patet in scientijs speculatiuis. quia in mathematicis ex notitia premissarum fit notitia conclusionis. Et similiter in argumentationibus dialecticis que sunt inductio ⁊ syllogismus. ⁊ etiam in argumentationibus rhetoricis que sunt exemplum ⁊ entbymema quod est vere syllogismus. Vnde dupliciter contingit precognoscere: scilicet quid est: ⁊ quia est. patet. Nam in demonstratione sunt tria scilicet dignitas: vt de quolibet est affirmatio vel negatio vera. subiectum vt vnitas: ⁊ passio vt triangulus. modo de dignitate presupponitur quia est: ꝙ sit vera. de passione vero precognoscitur quid est: hoc est quid ipa significet. ⁊ de subiecto precognoscitur quid est. i. quid significet. ⁊ quia est. i. qd̄ possit supponere. ergo due sunt precognitiones. Et habent iste locum in demōstratione: quia maior potest cognosci ante conclusionem vt ista: omnis triangulus habet tres angulos ⁊ cetera. potest cognosci ante istam triangulus in semicirculo descriptus habet tres ⁊ cetera. Sed cognita minore simul tempore cognoscitur conclusio. Circa dicta est aduertendum quod plato negauit nos

scda cōclusio

aliquid scire de nouo.quia secundum eum anima nostra fuit creata cum virtuti-
bus ⁊ scientijs ⁊ quando iuncta est corpori oblita est omnium quorum potest — scda pars
reminisci per exercitium ⁊ laborem.⁊ hanc opinionem probat duabus rationi-
bus. Prima quia non videtur ꝙ causa ita perfecta sicut deus creasset intelle — pria ratio
ctum nostrum imperfectum:sed creasset ipsum imperfectum nisi creasset eum cum
virtutibus ⁊ scientijs igitur. Secunda ratio est quia nisi itellectus precogno- — scda
uisset primum principium tunc non assentiret magis ei q̃ suo opposito.vt pa-
ret de seruo fugitiuo quem si paterfamilias non nouerit ⁊ ei occurrat non ma-
gis conoscet illum esse fugitiuũ quã alterum. Sed pro solutione istarum rati — cõtra platonem.
onum ponitur talis conclusio.ipa conclusio demonstrationis ante demonstrati-
onem quodãmodo scitur:puta in vniuersali ⁊ quodãmodo ignorat puta in par-
ticulari.patet quia nisi sic non posset saluari ratio platonis posita in menone.
Hecq̃ valet solutio aliquorum dicentium cum sic arguebatur eis sit dualitas in — responsio aliquorum
bursa ⁊ hoc te lateat tunc sic arguitur.tu scis omnem dualitatem esse parem.sed
dualitas in bursa est dualitas.ergo tu scis dualitatem in bursa esse parem.Ad
hoc respondebãt negando maiorem:sed bene sciebãt omnem dualitatem quam
sciebant esse dualitatem esse parem:modo nesciebãt dualitatem in bursa esse du-
alitatem. Verum hec solutio non valet. Tum primo quia ista omnis duali-
tas est par infertur per demonstrationem simpliciter ⁊ non cum addito:ergo etiã
scitur simpliciter. Tum secundo quia premisse demonstrãtes illam sumuntur
simpliciter ⁊ non cum hoc addito quam nouimus igitur:ergo scitur simpliciter.
Ideo melius est dicendum ad illam rationem ꝙ non est inconueniens aliquid sci
ri in vniuersali ⁊ addisci in propria forma. — prima pars.

Capitulum secundum quid est scire:⁊ quid demõstratio.⁊ ꝙ necesse est magis
credere principijs q̃ conclusioni. — scire

§ Scire autem opinamur vnumqd̃q̃ simpliciter ⁊ non sophistico modo qd̃
est secundum accidens cum causam arbitramur cognoscere propter quam
res est ⁊ quoniam illius est causa:⁊ non est contingere hoc aliter se habere.
Quod autẽ hec diffinitio sit bona patet quia tam scientes q̃ nesciẽtes arbitran
tur se scire cum causas rei arbitrantur cognoscere.licet nescientes arbitrentur
se cognoscere causã quã non cognoscunt:igr̃ scire est rei causã cognoscere. Et
si sit alius modus sciendi videbitur in secunda diffinitione que est. Scire est per — scire
demonstrationem intelligire. Demonstratio vero est syllogismus apodirbicon — demõstratio
idest faciens scire.Et si prius scire sit bene diffinitũ:necesse est demonstrationem
esse ex primis veris ⁊ immediatis prioribus notioribus causisq̃ conclusionis — demõstratio
Vnde sine illis erit syllogismus sed non erit demonstratio quia non facit scire.
Quod autem demonstratio sit ex veris patet quia quod non est non scitur.vt qd̃
dyameter sit simeter:ergo solum verum scitur ⁊ non nisi ex veris igitur. Sed
quod sit ex primis patet quia tunc conclusio perfecte scitur quando resoluitur in
premissas indemonstrabiles mediate vel immediate. Sed quod procedat ex
causis patet.quia tunc rem perfecte cognoscimus cum causam cognoscimus.
Sed quod procedat ex prioribus notioribus patet quia procedit ex causis que
sunt priores suis effectibus. Duplex est tamẽ prius aut notius.quia quoddã
est prius aut notius secundum naturam quod est longius a sensu:sicut sunt vni-
uersalia.Aliud est prius vel notius quo ad nos quod est proximum sensui: sicut
sunt singularia que in hoc vniuersalibus opponuntur. Sed quod demon-
strario sit ex ĩmediatis p3 qr ipa ẽ ex p̃mis:igr̃ ⁊ ĩmediatis.p3 cõsequẽtia qr idẽ ẽ — scda pars
primũ et ĩmediatũ. Vnde ꝓpositio ĩmediata ẽ ꝓpositio qua nõ est altera prior.

Propositio vero est enunciationis altera pars vnum de vno significans. Propositio autem dialectica est similiter accipiens quamlibet partem contradictionis. Demonstratiua vero determinate alteram: puta veram. Enunciatiua vero contradictionis quamlibet partem. Contradictio est oppositio cuius non est medium secundum se. Affirmatio autem est pars contradictionis significans aliquid de aliquo. Negatio vero aliqd ab aliquo. Unde propositio immediata diuiditur in positionem ⁊ dignitatem. Dignitas est quam non contingit demonstare: ⁊ necesse est quemlibet docendum eam habere. Et alio nomine dicitur maxima. Positio vero est quam nō contingit demōstrare: ⁊ nō est necesse quemlibet docendum eam habere. Et diuiditur in suppositionem ⁊ diffinitionem. Suppositio est quamlibet partium enunciationis accipiens: id est significans aliquid esse aut non esse. Diffinitio vero est sine hoc quia non significat esse vel non esse: ⁊ ideo non est positio. Exemplū de diffinitione. vt indiuisibile secundum quantitatem ponitur ab arismetico diffinitio vnitatis. sed hec propositio vnitas est: dicitur suppositio. Ulterius pro cōparatione notitie premissarum ad notitiam conclusionis ponuntur due conclusiones. Prima est ꝙ necesse est magis credere principijs q̄ conclusioni. Patet dupliciter. Primo qz propter qd̄ vnumquodq̄ tale ⁊ illud magis. vt propter quod amam⁹ illud amicum magis est. sed conclusioni credimus propter principia: igitur magis credimus principijs. Secundo sic principia formantur ante conclusionem: ergo magis credimus eis q̄ conclusioni. tenet cōsequentia quia nisi sic tunc sciens vel melius dispositus quam sciens: nō magis crederet his que nouit q̄ his que nō nouit. sed hoc est falsum: igitur oportet principijs magis credere quam conclusioni. ⁊ hoc si principia non indigeant probatione: nec conclusio sciatur per plures demonstrationes aut aliunde quam per demonstrationem. Secunda conclusio sicut nihil est credibilius primis principijs in veritate: ita nihil est notius oppositis eorum in falsitate: ex quibus oppositis fit syllogismus cōtrarie deceptiois Et sic patet qd̄ oportet addiscentem non esse incredibilem simpliciter: sed oportet ipm̄ credere principijs.

diuisio

tertia pars.

pria cōclusio

primo.

secundo

scda conclusio

Capitulum tertium quo remouentur duo errores circa ipm̄ scire.

pria pars.

c Circa ipm̄ scire duo fuerunt errores.. Primus dicebat ꝙ nihil contingit sciri. Ad quod probandum. Primo supponebat ꝙ nihil scitur nisi per demonstrationē. Secundo supponebat ꝙ nisi premisse sciantur nō posset sciri cōclusio. Tūc sic arguit. ipossibile est premissas demōstrationis sciri: igitur etiam conclusio sciri non potest. Antecedens patet quia tunc ille premisse scirentur per alias. ⁊ iterum ille alie per alias ⁊ sic esset processus in infinitum: neq̄ standum esset ad aliquas. quia tunc ille essent ignote. Sed ad hanc rationem respondetur qd̄ non omne quod scitur. scitur per demonstrationē: quia principia indemonstrabilia sciuntur cognitis terminis. Secundus error dicebat ꝙ omnia contingit sciri. ⁊ supponebat ꝙ omnia possunt circulariter demonstrari: ex quo sequitur qd̄ omnia possunt sciri. Sed contra hanc opinionem instatur triplici ter. Primo quia si demonstratio circularis esset possibilis cum demonstratio debeat ex prioribus ⁊ notioribus procedere sequeretur qd̄ idem esset prius ⁊ notius seipso: consequens est falsum. Et patet cōsequentia quia in demonstratione circulari idem est conclusio ⁊ principium. modo principium notius est ⁊ prius cōclusione nō solū scd̄z quid. sed etiā simpliciter vt pz ex diffinitiōe scire. Scd̄o sic sequeret quod idē posset demōstrari per seipm̄. vt sic arguēdo si. a. est. b. est. si b est. c. est. ⁊ si. c. est. a. est. ergo si. a. est. a.. ē ⁊ sic demōstrare nō erit nisi dicere hoc ē:

scda pars.

igit hoc est ⁊ per consequens facile esset demonstrare. Tertio instatur. quia vt demonstratum est secundo priorum si demonstratio circularis esset possibilis nō fieret nisi in terminis cōuertibilib⁹. sed nō omnes termini sunt cōuertibiles: igit nō omnia demonstrantur circulariter.

Quartum capitulum in quo ostenditur ꝙ omnis demonstratio est ex necessarijs. quid de omni. quid per se. ⁊ quid vniuersale.

o Omnis demonstratio est ex necessarijs patet quia conclusio demonstrationis est necessaria. ⁊ non potest sciri nisi ex necessarijs: igitur est ex necessarijs. Et ideo videndū est ex quibus est demonstratio. Et primo quid sit de omni. de omni

De omni quidem hoc dico quod vtrique est non in quodam quidem sic: in quodam aūt nō. neque quod aliquando sic aliquando vero non. vt hec omnis homo ē animal si verum est dicere hominem esse. ⁊ similiter omnis linea est ex punctis. Quod aūt hec diffinitio sit bona patet a signo quia ferimus instantiam contra aliquam propositionem ꝙ non sit de omni quia eius predicatum non conuenit subiecto pro quolibet tempore. igitur signum est ꝙ in propositione de omni predicatū debet semper inesse. Per se autē sunt quattuor modi. Primus modus est quando predicatum est diffinitio subiecti vel pars diffinitionis eius. vt triangulo per se inest linea ⁊ punctum linee. Nam substantia ipsorum ex his est. Secundus modus est quando subiectum est diffinitio predicati vel pars diffinitionis eius. vt rectum ⁊ circulare insunt linee secundo modo per se. Similiter par ⁊ impar numero insunt secūdo modo ꝑ se. Et quecunque non insunt his modis accidentia sunt: vt musicum ⁊ album. Tertius modus est quando aliqua non sunt in subiecto: ⁊ hoc aliquid vel quale quid significant. illa enim sunt per se sicut sunt dicibilia de genere substantie. Quartus modus est causandi quando aliquid fit propter alterum: tunc illud propter quod fit est causa effectus per se. si vero non fiat propter illud iam illud est causa per accidens vt interfectio est causa per se interitus: quia interijt aliquis propter interfectionē. per se / prim⁹ mod⁹. / secundus. / tertius / quartus.

Sed si quis ambulet vt fiat coruscatio tunc si fiat coruscatio: ambulatio est eius causa per accidens. Et sic patet quot sunt modi dicendi per se. Unde circa predictos modos per se est aduertendum ꝙ duo primi modi ingrediuntur demonstrationem ex eo qō faciunt scire ⁊ sunt propositiones necessarie. Secundo est aduertendum quod duplices sunt passiones. Quedam sunt que insunt simpliciter vel sine disiunctione. Alie vero sunt que solum insunt cum disiunctione vt par ⁊ impar numero. rectum ⁊ curuum linee. Ex predictis potest haberi diffinitio vniuersalis quod est de omni de per se ⁊ de scōz quod ipsum: vt ista omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Quod enim vniuersale sit de omni patet. quia propter hoc hec non est vniuersalis. figura. habet tres angulos ⁊ cetera. quia non est de omni. Sed quod sit de secundum quod ipsum. patet quia propter hoc hec non est vniuersalis ysocheles habet tres ⁊c. ergo vniuersale debet esse de omni de per se ⁊ de secundum quod ipsum. quia per se ⁊ secundum quod ipm idem sunt. debet etiam vniuersale esse necessarium. notabile. / notabile / vniuersale.

Quintum capitulum in quo narrantur tres errores incidentes circa assignationem vniuersalis.

c Circa assignationem vniuersalis possumus tribus de causis errare. Prima est si aliqō superius nō habeat nisi vnū inferius tūc si passionē superioris assignem⁹ vniuersaliter inesse inferiori erram⁹ assignādo vle. vt si nō esset alius triangulus quam ysocheles tunc si istam passionem. habere tres assignare- pria pars

mus ineſſe vniuerſaliter yſocheli:erraremus. Secunda cauſa eſt ſi aliqua paſſio inſit pluribus ſpecie diſtinctis per aliquod commune innominatum ſi tunc aſſignemus illam paſſionem primo ineſſe:erramus aſſignando vniuerſale. vt ſi proportionabiliter commutari quod ineſt lineis temporibus numeris ⁊ corporibus aſſignetur ineſſe alicui illorum primo eſt error in aſſignatione vniuerſalis. Tertia cauſa eſt.ſi propter ignorantiam inter totum ⁊ partem aſſignemus paſſionem partis primo ineſſe toti eſt error aſſignando vniuerſale. vt ſi iſtam paſſionem non concurrere: que primo conuenit lineis paralellis aſſignemus primo ineſſe lineis erramus aſſignando vniuerſale.quia paſſio nō perfecte ſcitur:niſi ſciatur de ꝑmo ſubiecto. Et ſi dicat aliquis ꝙ ſi hec paſſio habere tres ſciatur de qualibet ſpecie trianguli tunc videtur perfecte ſciri. Reſpōdetur ꝙ illa paſſio nō ſciretur tunc niſi ſophiſtico modo quia non poteſt perfecte ſciri niſi ſciat̃ de ſubiecto adequato per rationem eius comunem. Unde ad cauendos illos errores duo ponuntur documenta. Primum eſt ſi aliqua nomina ſint ſinomina:vtputa triangulus ⁊ ſcaleron tunc omnis paſſio vnius poteſt eſſe paſſio alteri⁹:ſed ſi nō ſint ſinonima tūc nihil qd̄ ē paſſio vnius ē paſſio alterius. Secundum documentū eſt ſi aliqua paſſio inſit pluribus ordinatis per modum inferioris ⁊ ſuperioris.tunc ſi velimus cognoſcere primum ſubiectū debemus videre quod eſt illud.quo poſito ponitur paſſio:⁊ quo remoto remouetur paſſio.Et ſic patet ꝙ figura vel yſocheles nō eſt primum ſubiectum hui⁹ paſſionis habere tres .quia poſita figura nō ponitur illa paſſio:neqꝫ remoto yſochele remouetur.ſed quia poſito triangulo ponit̃ illa paſſio:⁊ remoto eo remouetur:ideo triangulus eſt primum ſubiectum illius paſſionis.

obiectio

reſponſio

ſcda pars. primum documentum.

ſecundum

Sextum capitulum in quo demonſtrat̃ ꝙ omnis demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe:⁊ etiam neceſſarijs.

pria pars.

e Ex dictis patet ꝙ demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe. Patet quia eſt ex propoſitionibus neceſſarijs. Omne autē neceſſarium eſt per ſe vel ꝑ accidēs.ſed nō per accidēs cū accidētia nō ſint neceſſaria. igr̄ per ſe: ⁊ per cōſequens demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe. Quod aūt demonſtratio ſit ex neceſſarijs patet.quia concluſio demonſtrationis eſt neceſſaria ⁊ impoſſibilis aliter ſe habere:ſed talis non poteſt ſciri niſi ex neceſſarijs.igitur demonſtratio eſt ex neceſſarijs. Et hoc idem patet a ſigno quia ferimus inſtantiam contra aliquam demonſtrationem quia non eſt ex neceſſarijs igitur debet eſſe ex neceſſarijs. Ex quo patet ꝙ ſtulti ſunt illi qui bene credunt ſumere principia demonſtrationis quando ſumunt propoſitiones probabiles. Tum primo.quia ſcire eſt ſcientiam habere:que non poteſt generari per propoſitiones probabiles.

Tum ſecundo quia per medium contingens non poteſt ſciri concluſio: ergo ſcitur per medium neceſſarium.Antecedens patet dupliciter. Primo quia concluſio non ſcitur niſi per rationem oſtendentem propter quid illius concluſionis ſed medium contingens non eſt huiuſmodi quia eſt falſificabile: igitur per ip̄m non ſcitur concluſio. Secundo patet antecedens.quia ſi quis neſciat nunc aliquam concluſionem per b medium:omnib⁹ alijs paribus:tūc nūquā ſciuit illaꝫ concluſionem per b medium ſed ſi medium contingens ſit falſificatum ſicut poteſt eſſe cum ſit contingens:tunc nemo ſcit concluſionem per illud medium dato ꝙ ſit ſaluatus in eſſe ⁊ nullius ſit oblit⁹ ⁊ cōcluſio maneat neceſſaria.ergo nullus ſciuit illam concluſionem per medium contingens:ſed illa ſolum ſcitur ex neceſſarijs. Et ſi quere[illegible] an cōcluſio neceſſaria ſolū poſſit inferri ex neceſſarijs. Ad hoc reſpōdet̃ ꝑ tres regulas. Prima ē ſicut verū pōt ſyllogiſari ex nō veris ita neceſſariū ex nō neceſſarijs.Scda regla ē ſicut ex vero nō ſequit̃ niſi verū:ita ex ne

ſcda pars pria regula. ſcda

cessario non sequitur nisi necessarium. Tertia regula est cōclusio necessaria non potest sciri nisi per medium necessarium. Et sic patet ꝙ omnis demonstratio siue propter quid siue quia non potest sciri nisi per medium necessarium. Et sic patet ꝙ omnis demostratio debet procedere ex propositionibus per se ⁊ necessarijs. ⁊ ꝙ cōclusio demonstrationis est necessaria quam nō contingit sciri per medium cōtingens. Et si querat aliquis si cōclusio nō possit sciri per medium cōtingens quare ergo interrogamus de consensu respondētis circa premissas cōtingentes. Dicitur ꝙ hoc est quia si premisse cōtingentes cōcedātur oportet cōclusionem concedi. tertia questio solutio

Septimum capitulum in quo ostenditur ꝙ omnis demonstratio est ex vniuersalibus ⁊ proprijs. pria pars

b Is visis ponende sunt septem cōclusiones ad videndum ex quibus procedit demonstratio. Prima conclusio est ꝙ demonstratio est ex propositionibus vniuersalibus. Patet quia est ex propositionib⁹ per se ⁊ de secundū qd ipm igitur. Secunda conclusio. Non cōtingit demonstrantē descendere de genere in genus. vt geometricum in arismetricam. Nam tria sunt in demōstratione scilicet subiectum passio ⁊ dignitas. Modo in demonstratione oportet medium esse eiusdem generis. i. cōuertibile cum extremis. sed impossibile est mediū vnius scientie: pura arismetice esse cōuertibile cum extremis alterius sciētie pura geometrie: igitur nō contingit descendere de genere in genus. Ex qua cōclusione sequūtur duo correlaria. Primum est ꝙ nulla scientia habet demonstrare de subiecto alterius scientie aliquam passionem per medium proprium: licet in scientia subalternata demonstretur aliqua passio per principia sciētie subalternantis demonstratione quia est Secūdū correlarium. Nulla scientia habet considerare ea que per accidens insunt suo subiecto. vt geometer nō habet considerare ꝙ linea sit pulcra. Tertio conclusio. Necesse est cōclusionem demōstratiōis esse perpetuam. Patet quia infertur ex propositionibus vniuersalibus ex quibus nō sequitur nisi necessarium. Quarta conclusio est corruptibilium nō est demonstratio neqz scientia. Patet quia demonstratio est ex vniuersalibus. Et ex hac conclusione sequitur ꝙ corruptibilium nō est diffinitio. quia diffinitio est principium demonstrationis aut tota demonstratio positione differens: aut conclusio demonstrationis. Et si dicat aliquis qd de lune defectu ⁊ pluuia ⁊ ventis que sepe fiunt sunt demonstrationes. Ad hoc dicitur qd de illis nō habem⁹ scientiam nisi per propositiones necessarias. Quinta conclusio demōstratio propter quid ⁊ potissima nō procedit ex cōmunibus. Patet quia demonstratio debet procedere ex his que faciunt scire secūdum quod ipm: cum medium debeat cōuerti cum extremis. sed principia cōmunia nō faciunt scire secundum qd ipm. vt patet in ratione brissonis: qua probat circulū posse quadrari sic arguendo. vbi cunqz est reperibile maius ⁊ minus ibi est reperibile equale. sed est dabile quadratum maius ⁊ min⁹ circulo. igitur est dabile quadratum equale circulo: ⁊ per consequens circulus potest quadrari: ibi principia non faciunt scire secūdum qd ipm cum sint cōmunia lineis ⁊ corporibus. ergo demonstratio non debet procedere ex cōmunibus. Et si arguat qd in scientia subalternata aliquid demonstrat per principia scientie subalternātis: ⁊ talia sunt cōmunia: igit demonstratio procedit ex cōmunibus. Ad hoc dicitur qd per principia scientie subalternātis in illa scientia fiunt demonstrationes propter quid. ⁊ in subalternata quia est solū Et si queras an scientia subalternata egeat subalternante: cum ipsa debeat ex proprijs procedere. Ad hoc dicit qd sic quia si illa principia propria essent dubia: probarentur per scientiam subalternantem. Sexta conclusio demōstratio

pria cōclusio
secda
primum correlarium.
secundum
tertia cōclusio.
quarta correlarium
obiectio.
quinta
obiectio.
solutio.
questio.
responsio
sexta.

septima. est ex propijs. patet quia non est ex cōmunibus. Septima conclusio est. nulla sciētia habet probare sua propria principia patet. quia nihil habet notiꝰ illis.

Octauū capitulum in quo determinatur de principijs demonstrationis.

pria pars. e Ex predictis patet ꝙ nō contingit demonstrantē descēdere de genere in genus. ⁊ ideo difficile est scire quando habemus scientiam perfectam: qz aliquando credimus habere scientiam perfectā cōclusionis cum ipa demonstratur ex premissis imediatis ⁊ indemōstrabilibus: ⁊ tamen nō habemus quia talis demonstratio non procedit ex proprijs. Unde principia sunt que cum sint vera nō contingit ea demonstrare. Et sunt duplicia. quedam sunt cōmunia secundum analogiam que possunt contrahi ad diuersas sciētias: vt hoc principium. Si ab equalibus equalia demas cōtrahitur ad geometriam per hunc terminū magnitudo: ⁊ arismeticam per hunc terminum numerus. Alia sunt propria. ⁊ illa sunt duplicia. Nam quedā sunt cōplexa: vt linea est longitudo sine latitudine ⁊ profunditate. Alia sunt incōplexa: vt linea. Unde omnia principia in hoc conueniunt: quia de oibus illis presupponitur quid est. Sed differunt quia de principijs materialibus demonstrationis precognoscitur quia est: de alijs vero demonstratur. Unde scientie speciales vtuntur principijs communibus quibꝰ ignoratis ignorātur propria: nō tamen in sua cōmunitate manentibus sed contractis.

Principia aūt propria sunt circa que scientia speculatur: ⁊ de quibus precognoscit quid est ⁊ quia est. vt arismetica presupponit quid est ⁊ quia est de vnitatibus: ⁊ de principijs complexis. geometria vero de lineis. Nō tamen precognoscunt quia est de passionibus sed solum quid est. vt geometria precognoscit quid rationale aut irrationale. id est cōmensurabile aut incōmensurabile. arismetica vero quid par vel impar. Et si querat aliquis cum tria sint demonstratiōe scz dignitas passio: ⁊ subiectum de quibus aliquid precognoscitur: an oporteat in principio cuiuslibet scientie ista narrari. Ad hoc dicitur ꝙ nō quia talia sunt aliquādo ita manifesta ꝙ non egent narratione: licet debeant semper presupponi. Unde ad maiorem declarationē dictorum ponuntur alique cōparationes. Prima est. dignitas differt a suppositione ⁊ petitione tripliciter. Primo qz dignitas est principium per se notum: nō aūt suppositio nec petitio. Secūdo differunt. quia dignitas videtur per seipam ⁊ fit nota per rationem interiorem: suppositio vero ⁊ petitio indigent ratione exteriori. Tertio quia contra dignitatem nō contingit instare: sed bene contra suppositionem vel petitionem. Secunda comparatio est. suppositio questio: ⁊ petitio differunt abinuicē qz suppositio est propositio quam addicens sumit tanqz probabilē: ⁊ illa nō dicitur suppositio simpliciter sed ipi addiscendi. Petitio vero est propositio cui neqz addiscens assentit neqz contrariam habet opinionem. Questio aūt est propositio de qua addiscens contrariam habet opinionem. Tertia comparatio est suppositio differt a diffinitiōe tripliciter. Primo quia suppositio est propositio vera dicens esse vel non esse: diffinitio vero non. Secundo quia suppositio suborditur conceptui cōplexo: non aūt diffinitio. Tertio quia ex suppositionibꝰ debite ordinatis infertur conclusio: nō aūt ex diffinitionibus. Et si dicatur geometer supponit de linea que nō est bipedalis vel recta esse bipedale vel rectum: ergo non omnis suppositio est vera. Ad hoc dicitur ꝙ geometer non presupponit de linea quam facit ꝙ sit recta vel bipedalis: sed de illa que per eam intelligitur. Quarta comparatio. Diffinitio differt a suppositione vel petitione. quia omnis suppositio vel petitio est sicut totum vel pars: id est propositio vniuersalis vel particularis: non aūt diffinitio. Ex dictis sequitur contra platonez ꝙ propter demonstrationes nō oportet ponere species ⁊ genera distincta a suis

questio
respōsio.
scōa pars
prima compa ratio.
secōa conpa ratio
tertia comparatio.
obiectio
solutio.
quarta comparatio.
correlarium

singularib⁹:licet oporteat bene ponere dicibilia vniuersalia sine quibus nō po-
test esse medium demonstrationis.

Capitulum nonum in quo ostenditur quomodo istud principium impossibi
le est idem affirmari ⁊ negari de eodem ingreditur demonstrationem: ponendo
duas conclusiones ⁊ duo incidentia. pria pars

i Stud principium impossibile est idem affirmari ⁊ negari de eodem non in
greditur demōstrationem ostensiuā. Patet quia vel esset ex parte maio-
ris extremitatis sic arguendo. omnis homo est animal vel nō animal. callias est
homo. igitur est animal vel nō animal. vel ex parte medij aut minoris extremita
tis. sed nullum est dicendum: quia negatio sumpta cum affirmatione nihil facit
ad veritatem premissarum licet aliquid faciat ad illationem: igitur tale princi-
pium nō ingreditur demōstrationem ostensiuā: sed bene ingreditur demonstrati
onem ad impossibile in qua ostenditur ꝙ vna propositio est vera: quia sua con-
tradictoria est falsa: nō tamen eam ingreditur in sua cōmunitate manēs: sed ipm
cōtractū. Post hec duo ponunt incidentia. Primum est ꝙ omnes scientie par scda pars
ticulares vtuntur principijs cōmunibus nō tanꝗ de illis aliqua demonstrātes primum.
sed tanꝗ bis per que demonstrant. Scōm incidens est dialectica ⁊ methaphi secundum
sica vtuntur istis principijs cōmunibus: nō tamen ꝙ ea demonstrant: qꝛ demon
strator solum vnam partem concludit scz veram ⁊ necessariam. Dialectica vero
vtranꝗ cōcludit: ⁊ ideo nō est circa vnum genus scibile determinatū quē admo-
dum alie scientie.

Capitulū decimum in quo ostenditur ꝙ omnis scientia habet ppꝛias iterro- pria pars.
gationes.

o Omnis sciētia habet suas ppꝛias interrogationes. Patet quia vnaque
ꝗ scientia habet suas propositiones. igitur etiam habet suas propꝛias
interrogationes. Tenet cōsequentia quia illud qd̄ prius erat interrogatio po- primum cor-
stea fit propositio. Ex illo sequunt quattor correlaria. Primum est non omis relarium.
interrogatio est geometrica neꝗ omis est medicinalis. ⁊ sic de alijs. Patet qꝛ illa
sola est geometrica q̄ ex propꝛijs terminis geometrie cōstituit. Scōm correla secundum.
rium est geometer licet habeat dare rationē de suis cōclusionib⁹: nō tamē de suis
principijs. qꝛ nihil habet notius illis. Tertiū est ad nullū artificem specialeꝫ
spectat oia interrogare ⁊ ad omnē interrogationē respōdere: sed solum q̄ sunt sue tertium.
scie. Quartū correlariū ē si quis disputet cū habēte geometriā per principia
geometrie bene disputat: si vero per alia principia male disputat. Tū primo quartum.
qꝛ nō posset respondēs redargui nisi per accidēs: puta in quantū methaphisic⁹ scda pars.
vel phisic⁹. Tū scdo qꝛ lateret in tale disputatione q̄s melius disputaret. Sed pria q̄stio
circa p̄dicta mouētur tres q̄stiones. Prima est vtrū alique sint interrogatiōes secunda
nō geometrice sicut etiā sunt alique geometrice. Scda est vtrū interrogationes tertia
faciētes ignorantiā in geometria sint non geometrice. Tertia est vtrum syllo- ad primam.
gismi procedentes ex oppositis principiorū geometrie sint syllogismi secundum ad secundam
ignorantiam aut paralogismi. Ad primam dicitur ꝙ alique sunt interroga
tiones nō geometrice sicut sunt ille q̄ nō cōstituunt ex terminis geometrie. Ad se
cundā dicit ꝙ aliqua interrogatio potest dici nō geometrica duplr. Uno mō qꝛ
nullo mō fit geometrica: ⁊ sic interrogatiōes faciētes ignorantiā nō sunt nō geo-
metrice. Alio mō qꝛ lz aliqd̄ habeat de geometria illud tamē habet praue: ⁊ sic
ille interrogatiōes bene dicunt nō geometrice. Hec distinctio pz per sile. Mā aris- ad tertiam
mou dicit vno mō qꝛ nullo mō sonat. Alio mō qꝛ turpe sonat. Ad tertiā q̄stionē tertia pars
dicit ꝙ illi syllogismi dicūtur syllogismi scōm ignorantiā. His positis ponunt pria differē
quinꝗ differētiē inter scias demōstratiuas ⁊ dialecticas. Prima est qꝛ in de- tia

mōstratiuis nō fit palogismꝰ seu deceptio:cū bitudines extremoꝝ demōstratiōis
sint per se euidentes. In dialecticis vero bene fit palogismus.vt si querat aliqs
an aliqd carmen sit circulus tunc si demōstretur figura scripta nō fiet deceptio:
secunda sed si solum voce pferatur potest fieri deceptio. Scda differentia est qz contra
propositionē demōstratiuā nō fit instantia nisi vniuersalis:cū talis debeat poni
in syllogismo instantiuo demōstratiuo.sed contra propositionē dialecticā potest
tertia differētia. fieri instantia tā vlis q̄z particularis. Tertia differētia est qz in dialecticis sp
obseruatur forma syllogistica. In demōstratiuis aūt non semp vt patet in argu-
mento scenis qd est istud.omne qd generatur imultiplicata analogia cito genera
tur.sed ignis cito generatur.igr generat imultiplicata analogia.ibi arguitur ex
quarta puris affirmatiuis in scda figura in terminis cōuertibilibꝰ. Quarta differen
tia est qz in demōstratiuis est facilior resolutio q̄z in dialecticis:cū in demonstra-
tiuis fiat resolutio in verū solum ⁊ in cōuertibilia. In dialecticis vero fit resolu
tio aliquādo in verum ⁊ aliquādo in falsum.Modo facilius est resoluere pauca
quinta in vnum q̄z plura. Quinta differētia est qz syllogismi dialectici possunt au-
geri per diuersa media:nō aūt demonstratiui licet possint augeri in latus assu-
mendo:hoc est sumēdo plures extremitates sub medio.vel in post assumēdo: hoc
est sumendo plures minores extremitates sub minori extremitate distributa.

Capm vndecimū in quo ostendit quō differt demōstratio qz est a demonstra-
tione propter quid.

Demonstratio qz est ⁊ demōstratio ppter quid dupliciter differūt. Pri-
primaps. ma differētia est qz demōstratio qz est pcedit per causam remotam: demō
stratio vero ppter qd per causam propinquā. Scda differētia est qz demōstra
tio ppter qd pcedit a causa ad effectū:demōstratio vero qz est ab effectu ad cau-
primū exē- sam:vt patet per duo exēpla. Primū est si quis demonstret stellas esse prope
plū nos per hoc qd nō scintillāt sic arguendo.omne nō scintillans est prope nos.sed
planete erratici nō scintillāt.igr sunt prope nos:ibi est demōstratio qz est.qz nō
scintillare est effectꝰ huius qd est esse prope nos.⁊ potest fieri demōstratio ppter
qd si demōstretur planetas nō scintillare.per hoc qd sunt ppe nos sic arguendo
omne qd est prope nos est nō scintillās.sed planete erratici sunt prope nos.ergo
secundum planete erratici nō scintillāt. Scdm exemplū est si qs demōstret lineam esse cir
cularis figure per hoc qd augmentat vel diminuitur circulariter tunc est demon
primū exē- stratio qz est:qz esse circularis figure est causa huiꝰ qd est augmētari vel diminui
plū. circulariter.Et sic pz scda differētia.Sed prima pz duobꝰ exemplis. Primū est
si qs demōstret parietē nō respirare per hoc qd nō est animal ibi est demonstra-
tio qz est:qz nō esse animal est causa remota nō respirationis. Qd pz qz si esset
causa ppinqua nō respiratiōis:tunc esse aial esset causa ppinqua respirationis
sz hoc est falsum:qz nō oia aialia respirāt:sz solum pulmonē habētia. Patet ta
secundum men cōsequentia qz si negatio est causa negationis:affirmatio est causa affirma-
tionis.vt si sine mēsura esse calidum ⁊ frigidū est causa nō sanandi:esse cū mensu
ra calidū vel frigidū est causa sanādi.Et sic pz q̄ ibi pceditur per causam remo
tam.⁊ debet fieri talis demōstratio in scda figura in camestres sic arguendo.oē
respirās est aial.sz nullꝰ paries est aial.igr nullꝰ paries est respirās. Scdm ex
emplū est illius philosophi anarbarsidis assignatis causa quare in scitis nō sūt
sibillatores qz ibi nō sunt vites:illa enī causa est causa remota.Et sic pz quō dif
scda pars ferūt demōstratio qz est ⁊ propter qd in in eadē scia.Sz in diuersis scientijs q̄rū
vna est subalternās respectu alteriꝰ sic differunt.qz in scia subalternāte demon-
strantur passiones de subiecto illiꝰ scie per sua principia demonstratione ppter
qd.⁊ in scia subalternata eedem passiones demōstrantur de subiecto scie subal-

ternate demonstratione qz est. Unde scientia subalternata est que est sub altera siue cuius subiectũ cõtinetur sub subiecto scientie subalternãtis. vt speculatiua respectu geometrie. ⁊ armonica: id est musica ad arismeticam. ⁊ apparentia: id est perspectiua ad astrologiã. Et sunt tales scientie fere vnite: qz de eadem re cõsiderant. Et si querat aliquis an sciens propter quid in scientia subalternãte propter hoc sciat qz est in subalternata. Ad hoc respondet qd nõ qz illi nõ applicant principia scie subalternãtis ad sciam subalternatã: sicut sciens vniuersale frequẽter singulare ignorat. Et si q̃ras quo differũt sciẽtia subalternãs ⁊ subalternata. Respõdetur ꝙ differunt sic qz scia subalternãs est circa species: id est subiecta nõ cõtracta scia vero sualternata est de subiecto cõtracto. Et si q̃ras iterum an ne eadem scia sit subalternãs ⁊ subalternata. Respõdet ꝙ sic qz perspectiua subalternat geometrie: ⁊ est subalternãs respectu scie de yride. Tertio differunt ille demõstrationes in scientijs omno disparatis. quia de eadem cõclusione vna scia scit qz est: ⁊ altera propter quid. vt cirurgia scit qz est de ista cõclusione. vulnera circularia tardius sanãtur q̃ ob longa: ⁊ tamen geometer scit propter quid scilicet qz vulneruz circulariũ latera maxime distant qua propter vix aproximari possunt.

Secundus tractatus est de figura maxime faciẽte scire. ⁊ deceptione in demõstratione. ⁊ statu siue nõ processu in infinitũ in medijs ⁊ terminis eius: ⁊ cõparatione demõstrationũ adinuicem. ⁊ scientiarũ inter se ⁊ scientie ad opinionẽ: ⁊ cõtinet septem capitula.

Capitulũ primũ in quo ostendit ꝙ prima figura maxime facit scire.

p Rima figura maxime facit scire ꝓbatur quattuor rationib̃. Prima ratio est qz in prima figura fiunt demõstrationes mathematice q̃ sunt omnium certissime: igr̃ prima figura maxime facit scire. Scda ratio est qz in ꝑma figura fere sunt oes demõstrationes ꝓpter q̃d que maxime faciũt scire: igr̃. Tertia ratio est qz in ꝑma figura solũ potest cõcludi diffinitio de diffinito cũ in illa sola cõcludat vtr affirmatiue: igr̃ prima figura maxime facit scire. Quarta ratio est qz prima figura nõ indiget alijs figuris: sz alie densant ⁊ augmentãtur ꝑ primã quousq̃ deueniat ad ꝓpositiones imediatas in prima figura: igr̃ prima figura maxime facit scire.

Capitulum scdm de ignorantia siue deceptione ⁊ demonstratione.

Et sic patet quomodo inuestigandum est quod quid est. Sed adinueniendū medium propter quid ponuntur quattuor conclusiones. Prima est ꝙ adinueniendum mediū propter quid in genere vniuoco nominato oportet illud in plures species diuidere. ⁊ videre quid sit eis cōmune: quia illud poterit demonstrari de speciebus per genus. vt diuisio animali in brutum ⁊ hominem si velimus ostendere hanc passionem dormiens vel vigilans de bruto sumendū est illud medium animal. Secunda conclusio si tale genus vniuocum non sit nominatum tunc ad demonstrandū passionem cōmunem de speciebus eius sumendum est aliquod accidens conuertibile cum illo genere. vt ad demonstrandum hanc passionem habere duos ventres: vel non habere dentes in superiori mandibula de speciebus animalis: sumēdum est illud medium habere cornua. Tertia conclusio ad demōstrandum passionē analogam de aliquibus sumēdum est medium analogice conueniens illis. vt ad demonstrandū hanc passionem non continere molles partes que analogice conuenit sepioni. spine ⁊ ossi sumendum est hoc medium duricies qō conuenit illis analogice. Quarta conclusio multarum conclusionum potest esse idem medium in genere contractum per diuersas differentias speciales. ⁊ etiam eiusdem conclusionis possunt esse plura media ordinem non habentia. vt si querat propter quid in fine mensis sit humor aque respondetur qr finis mensis est magis pluuialis. Et si queratur quare est magis pluuialis. Respondetur quia luna deficit. prima conclusio. scōa tertia quarta

Quintum capitulum in quo due mouentur questiones ⁊ soluuntur.

e Jrca predicta sunt due questiones. Prima est vtrum ex causato sequatur tur causa: sicut ex causa causatum. Ad hanc questionem respondetur per prīa questio

prima conclusio. duas cõclusiones Quarum prima est si vnius causati nõ sit nisi vna causa: tũc sicut ex causa sequitur causatum ita et econtra vt patet per duo exẽpla. Primũ est bñ enim sequitur luna eclipsat: igitur terra interponit inter solẽ ⁊ lunam et etiam ecõtra. Scõm exemplũ ẽ sequit eni folia arboris sunt lata: igit ipsa cadũt et econtra. Scõa cõclusio si eiusdẽ causati sint plures cause tũc ad esse causati nõ sequitur esse vnius illarum causarum vt si a ⁊ b sint cause sufficiẽtes ipsius c. tũc non sequit c est: ergo a ẽ qrc potest esse p b. Scõa questio ẽ vtrũ eiusdẽ cõclusiõis sit tantum vnum mediũ. Ad hãc respondetur per duas conclusiones. Prima est si demonstratio procedat ex premissis que sũt per se ⁊ scõs quod ipsz tunc eius nõ est nisi vnũ medium quod est rõ vltimi termini .i. subiecti: vt si passio analogi demõstretur de subiecto analogo puta ꝓportionabiliter cõmutari hoc erit per mediũ analognm. Scõa cõclusio si demõstratio fit per accidẽs hoc est nõ ex ꝓpõibus per se ⁊ scõm quod ipm: tũc eiusdem cõclusionis erunt plura media. Et patent he due cõclusiones per duo exẽpla. Primũ ẽ si hec passio habere tres demõstretur de triãgulo hoc erit solũ per vnum medium: sz si demõstretur de ysocbele hoc erit per plura media. Scõz ẽ si hoc cõplexũ folia cadere demõstretur de arbore hoc erit per vnũ medium sz si demõstret de vite hoc erit p plura media. Et sic patet ꝙ in omnibus figuris si pasio demõstret de suo subiecto inadequato: hoc erit per plura media. Si vero demõstret de subiecto adequato hoc erit p vnũ medium

Tertius tractatus in quo determinatur de noticia principiorum.

prima pars. c Circa hũc tertiũ tractatũ mouẽt due questiones. Prima ẽ qualiter fiũt nobis nota principia Scõa ẽ quis habitus est quo cognoscimus ea. Notũ est enim ꝙ principia indemõstrabilia nõ cognoscũtur p demontrationem sicut cõclusio. Et ideo primo queritur vtrum sit idem genus quo cognoscimus principia ⁊ cõclusiones. Scõo queritur an noticia principiorum insit nobis a natura. Et ad hanc questionem respondet per quattuor conclusiones. Prima est noticia principiorũ nõ inest nobis a natura. Patet quia noticia principiorũ est certissima sed fatuũ esset dicere noticiã certissimã nobis inesse et ꝙ hoc lateret nos: igit talis noticia non inest nobis a natura. Secunda conclusio est noticia principiorum non acquiritur in nobis per doctrinã. quia omne qõ sic addiscitur fit notum ex preexistenti cognitione alicuius magis noti sed principijs nihil est notius qr tũc esset processus in infinitum. Tercia conclusio. innata est nobis quedã potẽtia per quã determinamur ad assentiẽdũ primis principijs debite presentatis. Patet quia omnes fere assentiunt primis principijs sibi debite oblatis: igitur habent potentiam determinatam ad huiusmodi assensum. omnia enim animalia habent sensum mediante quo iudicant de sensibilibus. sed aialiũ sensum habentium quedam preter hoc non habent memoriam: alia vero habent. Et illa sunt duplicia qr quedam preter sensum et memoriã non habent intellectũ: alia vero habẽt quibus sic fit notũ vniuersale principiũ puta istud omnis calor est calefactiuus. Nam primo percipimus aliquẽ calorem calefacere et hoc in memoriã reseruamus. Percipimus iterũ alium calorem de quo memoramur: et tunc mediantibus illis memorijs iudicamus de calore non percepto ꝙ potest calefacere: ⁊ illud iudicium vocatur experimentale. cõsequenter intellectus videns sic esse in multis ⁊ in nullo instantiam esse iudicat omnem calorẽ esse calefactiuũ. Quarta conclusio noticia principiorũ non fit in nobis ex noticia aliorũ principiorũ sed per viã sensus memorie et experimenti: quia ex sensu fit memoria. ex memoria fit ẽperimẽtum: et ex experimento fit vniuersale notũ quod est principiũ artis et scientie. Et hoc patet per simile. Nam sicut in euersione belli cum vnus incipit immobiliter stare alius se sibi coniungit et consequenter alter quousqz bellũ fiat. Ita etiam

oportet primo cognoscere vnū singulare ⁊ inde alterū: ⁊ sic cōsequēter quousq; sciamus vniuersale p intellectū. Unde potentia sensitiua est ipsius vniuersalis: ac tus autē sentiendi est ipsius singularis. Et sic patet quid sit dicendū ad secūdam q̄ stionem. Ad primā vero prio dicitur q̄ notitia principiorū non ē scientia. quia scientia acquritur p demōstrationē: principia aut nō sciunt p demōstrationē. Secdo dicit q̄ notia principiorū est intellectus p3. qz nullus est habit⁹ nobilior scientia q̄ intellectus cū scia nobilior sit opinione. sed bitus pricipiorū est nobilior habitu cōclusiōis: igitur notitia pricipiorū ē intellectus. Et hec de secdo libro posteriorū

tertia pars.

Liber primus topicorū est de pricipiis syllogismi dialetici: tā simplici b⁹ q̄ cōpositis.

Capitulū primū p̄mi libri topicorū in quo diffinit ⁊ diuidit syllogissmus ⁊ enumerantur vtilitates huius scientie.

Propositū quidē negocii ē methodū inuenire a qua poterimus syllogi- sare de oip̄bleumate ex p̄babilibus: et vt nosipsi disputationē susti- nētes nichil dicamus repugnās. Primū igit dicendū est quid syll's ⁊ quotuplex est vt sumat syllogismus dialecticus de quo ē ad p̄propositū. Est aūt syllogism⁹ oratio in qua positis quibusdā aliquid aliud a positis ex necessitate accidit per ea que posita sunt. Demōstratio aūt est quādo ex veris et primis fit sillogis- mus aut ex talibus que p aliqua prima vera eius que circa ipsa est cognitionis pricipiū supserūt. Dialecticus vo syllogismus ē qui ex p̄babilib⁹ est syllogisa tus. Unde vera et prima sut que no per alia sed p seipsa fidē habent. In illis eni nō oportet q̄rere p̄pter quid: sed de eis habēda est fides. Probabilia autē sunt que videtur oibus aut pluribus aut sapiētibus et his vel oibus vel pluri bus vel maxie notis. Syllogismus aūt litigiosus est qui ex his que videntur p̄babilia et non sunt syllogisat: aut qui ex probabilibus aut ex his que viden tur p̄babilia est apparēs. Unde quidā est syllogismus peccans in materia qui p̄cedit ex his que non sunt p̄babilia: sed solū habet fantasiā et ille ē bonus syllo gismus. Alius est peccat in forma qui nō syllogisat licet videatur syllogisare.

prima pars.

sillogissmus.

demonstratio

dialeticus

prima vera:

probbbilia

litigiosus.

Syllogismus aūt falsigraphus est syllogismus qui procedit ex pricipiis ali- cuius scientie male intellectis: sicut est ille qui fit in geometria. oēs linee ducte ab eodē pūcto ⁊c. Et differt iste syllogismus ab aliis quia non procedit ex primis nec ex p̄babilibus: sz ex pricipiis alicuius scientie male intellectis. Et sic patet de speciebus syllogismi. Nūc autē videndum est de modo p̄cedendi in hac scien- tia: et de vtilitatibus eius. Unde talis est modus procedendi in hac scientia q̄ de nullo eorū que tradūt in hac scientia dāda est ratio subtilis: sed est figuraliter in hac scientia p̄cedendū. Et valet hec scientia ad exercitationes ad obuiationes et ad secūdum philosophiā disciplinas. Qd valeat ad exercitationes patet qz per eā possumus facile argumentari de quolibet proposito. igitur ipsa valet ad exercitationes. Sed quod valeat ad obuiationes patet, quia illa scientia vtilis est ad obuiationes per quam possumus respondere de propriis principijs d sci- pline ad ea que non videntur nobis bene dici. sed logica est huiusmodi igitur.

falsigraph⁹.

secda pars.

Sed q̄ valeat ad secundum philosophiam disciplinas. Patet quia per ram possumus arguere et respondere ad vtramq3 partem contradictionis igitur ipa vtilis ad secundum philophiam disciplinas. Antecedens patet quia maxime proprium est dialectice: cum sit inquisitiua ad omnium methodorum principia viam habere. Et si querat aliquis an ad hoc q̄ quis sit bonus dialecticus requi- ratur ipsum scire probare et improbare quamlibet propositionem sibi proposi

questio.

responsio. tionem sibi propositā. Ad hoc respondetur q̃ non sed sufficit q̃ nihil omittat de medijs requisitis ad illaz conclusionem probandam vel improbandam. vt sicut ad hoc q̃ quis sit bonus rethor: non requiritur q̃ semp vincat suadendo. nec q̃z ad hoc q̃ quis sit bonus medicus requiritur q̃ semper sanet: sed sufficit q̃ nihil omittat de medijs requisitis ad persuadēdum vel sanandum.

Capitulum secundum in quo determinatur de predicatis.

Ost hec aūt cōsiderandū est de quibus in hac scientia agit. Et primo ad quid et q̃ est vtilis hec sciētia. Secundo ex quibus fiant argumentationes dialectice. Tertio quot sunt istrumenta abundādi in syllogismis dialecticis. Unde propositiones dialectice et probleumata sunt equalia numero. Patēt sic quia illa sunt equalia numero que fiunt ex equalibus numero: sed propositiones dialectice et probleumata fiunt ex equalibus numero: igit equalia sunt numero. Minor patz quia fiūt ex predicatis que sunt quattuor Nam omnis propositio aut probleuma: aut est proprium. aut genus. aut accidēs aut indicat: et hoc collocādo differentiā cum genere. hoc est omne probleuma est ex diffinitione. accidente. genere vel proprio. Duplex est autem proprium. quoddam est quod indicat quid est esse rei et vocatur terminus. Aliud est q̃d non indicat: q̃d communi nomine dicitur proprium. Et si querat aliquis an probleuma sit predicatum cum dictum sit omne problema esse genus aut proprium ꝛc. Ad hoc respondetur q̃ non quia illud intelligebatur ad hunc sensum: q̃ omne probleuma erat ex genere vel proprio et sic de alijs. et sic probata est minor Maior patz quia illa sunt equalia quorum vnum potest fieri alterum. sz de propositione dialectica potest fieri probleuma: igitur propositiones dialectice et pbleumata sūt equalia numero. Minor patet quia propositio dialetica in hoc solum differt a probleumate. quia probleuma est interrogatio vtriusq̃z partis contradictionis vt dicendo an animal rationale sit diffinitio hominis vel non. Sed propositō dialectica est interrogatio vnius partis solum. vt dicendo an animal rationale sit diffinitio hominis. Et sic patet q̃d probleumata sunt numero equalia propositionibus dilacticis: Consequter diffinienda sunt predicata. Unde diffinitio est oratio indicans quid est esse rei. Potest aūt oratio capi dupliciter. Uno modo pro nomine. Alio modo pro oratione complexa: et isto modo omnis dffinitio est oratio sed nō econtra. Diffinitioni autem annectuntur idem et diuersum diffinitione. Quod patet dupliciter. Tum primo quia circa idem et diuersū diffinitione est magnus labor ad terminandum probleuma diffinitionis. Tum secundo quia probleuma de eodem et diuerso diffinitione eisdem considerationib̄ terminatur quibus probleuma de diffinitione: igitur idem ꝛ diuersuz diffinitiōe sunt annexa diffinitioni. Proprium autem est quod non indicat quid est esse rei soli āt inest ꝛ cōuersiz p̄dicat de re. Secda pticla hui̇ diffinitiōis p̄z qz ppter hoc eē bipedē nō est ppriū hoī qz nō inest soli: licz dicat ppriū ad aliq̃d. Tercia particula patet quia propter hoc vigilare non est proprium animali: cui soli inest: quia non semper inest ei ꝛ per consequens nec conuertibiliter: Genus vero est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid Quod autem ieo quod qnid predicetur. Patet quia conueniēter respondetur ad q̃stionem factā per quid. vt querenti quid est homo? respondetur quod est animal. Ipsi̇ autē generis annexa sunt idem et diuersum genere. quia non sunt principale predicatum: sed eisdem considerationibus terminantur cum genere. Illā si sit ostēsum q̃ animal est genus hominis et bouis: satis haberur q̃ homo ꝛ bos sunt idem genere. Accidens autem dupliciter diffinitur. Primo sic accidens est quod nihil eorum est neqz diffinitio: neqz proprium: neqz genus: inest autem

primа pars.

questio solutio.

secda pars. diffinitio. annexum diffinitionis.

proprium.

genus.

annexū gēis.

aicidens.

hic est notandum q̃ tres sunt impedire medico vel Rethorico. quomin[illegible] officium sum. s̄ virtus in obedientia egri. vitas temperes hoc est [illegible] intempore vocatum. et [illegible] est intelligendum de logica [illegible] in suis scientiis

ex isto loco philosophi co[illegible] regula bona et vtilis [illegible] cociens quinq̃ est ali qui[illegible] visio et non sunt nomina [illegible] omnibus membra [illegible] visionis. vtendum est no[illegible] commun dimisit. et hoc fec[illegible] isto. in predicamēto qualit[illegible] quando dixit aliam esse [illegible] aliam dispositio[illegible] et in alijs locis sic do[illegible] huius est hac arte f[illegible]

rei. Secundo sic. Accidens est quod contigit eidem inesse et non in esse: vt albũ ⁊ sedere. Et inter has diffinitiones secunda melior est prior: quia ad primam cognoscendam oportet scire quid genus. quid proprium ⁊c. non autem ad cognoscendam posteriorem. Accidentis autem annexum est comparatio secundum magis ⁊ minus. quia eisdem considerationibus terminatur quibus probleuma de accidente. vt si ostendatur ꝙ hoc non est eligendum satis habetur ꝙ non est magis eligendum. Et si querat aliquis ex quo dictum est accidens non esse proprium: an nullum proprium sit accidẽs. Ad hoc dicitur ꝙ propriũ quando ⁊ proprium ad aliquid bene possunt contineri sub accidente: vt sedere aliquando soli inest ⁊ tamen est accidens. annexũ accidẽtis

Capitulum tertium in quo ostenduntur omnia predicata a diffinitione reduci ad diffinitionem. prima pars

Omnia predicata a diffinitione reducuntur ad diffinitionem. Patet quia sicut potest probari ꝙ hoc non est proprium illius. quia nõ inest ei soli: ita per idem probari potest ꝙ hoc non est illius diffinitio.

Et sic̃ probatur ꝙ hoc non est genus illius quia non inest ei essentialiter: ita per idẽ potest probari ꝙ hoc nõ est diffinitio illius. Et sicut probatur ꝙ hoc nõ est accidẽs illius qz nõ inest ei ita ꝑ idẽ pot̃ probari ꝙ hoc nõ est diffinitio illi⁹ ergo oia p̃dicata a diffinitione ad ipsam reducũtur. Hec tamẽ propter hoc est danda vna cõsideratio generalis omnibus predicatis. Tum primo quia illa esset nimis difficilis ad inueniendum. Tum secundo quia ipsa inuenta parum esset vtilis ad ostendẽdum propositum cum solum esset vniuersalis: ideo melius est de vnoquoq̃ predicatorum considerationes speciales ponere. Unde eadem dicuntur tripliciter. Numero que eodem nomine nominantur. Eadem specie q̃ sub eadem specie ponuntur. Et eadem genere que sub eodem genere ponuntur scẽda pars.

Et si dicat aliquis ꝙ aque de eodem fonte magis conueniunt q̃ aque diuersorũ fontium: ⁊ tamẽ aque diuersorum fontium sunt eiusdem speciei: igitur est aliqua idemptitas maior idemptitate specifica: ⁊ minor idemptitate numerali: que tamen hic non enumerãtur. Ad hoc dicitur ꝙ licet aque eiusdem fontis magis cõueniant accidẽtaliter q̃z aque diuersorum fontium non tamen essentialiter: ideo non sunt plures modi idemptitatis q̃z idem genere: idem specie: ⁊ idem numero: Et inter hec idem numero est maxime idem. Et est triplex. scilicet idem numero nomine: vel diffinitione. vt vestis ⁊ tunica. animal gressibile bipes ⁊ homo. idem proprio: vt susceptibile disciplinę ⁊ homo. ⁊ idem accidente vt socrates ⁊ sedens. Quod autem idem accidente sit idem numero patet quia ignorato nomine alicuius solemus ipsum circumloqui per accidentia: puta per sedens vel stans. Ex predictis patet ꝙ quattuor sunt predicata. Tum primo quia omne probleuma: aut est ex genere: aut diffinitione: proprio: vel accidente. Tum secundo quia omne predicatum aut predicatur conuertibiliter aut non conuertibiliter. si primum vel indicat quid est esse rei: ⁊ sic est diffinitio. vel non: ⁊ sic est proprium. Si secundum aut ponitur in diffinitione speciei: ⁊ sic est genus. vel in ea non ponitur: ⁊ sic est accidens. Et reducuntur talia predicata ad aliquod decem predicamentorum: quia omne tale aut predicatur in quid aut in quantum aut in quale ⁊ sic de aliis. Et si querat aliquis an predicari in quid reperiatur in alio predicamento a p̃dicamẽto substãtie. Ad hoc dicitur ꝙ inuenitur in quolibet predicamento. quia sicut animal predicatur in quid de homine: ita color de albedine. ⁊ magnitudo de linea. licet alia predicata non predicentur in quid de substantia. obiectio solutio questio responsio

Quartũ capitulum in quo ostẽditur quid propositio dialectica. quid proleuma correlarium

dialecticū: quid positio: et quot sunt species argumentationis dialectice.

prima pars.

Est hec dicendum est quid propositio dialectica: et quid probleuma dialecticū. Non enim quelibet propositio est dialectica: nec omne probleuma est dialecticum. Nam nullus proponit id quod nulli videtur: neqz quod omnibus manifestum est. Sed propositio dialectica est questio probabilis aut omnibus aut pluribus aut sapientibus. et his aut omnibus aut pluribus aut maxime notis non extranea: propositiones enim que videntur sapientibus sunt ponende nisi sint contrarie opinionibus plurium. Et sunt multiplices propositiones dialectice. Quedam sunt ex se probabiles. vt q̃ omnis mater filium suum diligat. Alie sunt similes probabilibus. vt si probabile sit q̃ oium cōtrariorum est eadem disciplina: probabile est q̃ oium corū sit idem sensus. Et si probabile est q̃ grammatica sit vna. probabile est q̃ musica est vna. Alie vero sunt contrarie probabilibus. Et illarum quedam protenduntur secundum contradictionem vt amicis oportet benefacere: ⁊ non amicis malefacere. Alie nō protenduntur secundum contradictionem. vt amicis oportet benefacere: et inimicis malefacere: ⁊ illarum si vna est probabilis: etiam et altera. Alie sunt probabiles que ponūtur ab expertis in aliqua scientia vt propositiones geometrice que ponuntur ab experto in geometria. Probleuma vero dialecticū est speculatio cōtendens vel ad electionē et fugam vel ad veritatem et scientiam aut vt ipsum aut vt ad miniculans aut ad aliquid aliud huiusmodi. Et diuiditur primo sic. quia quedā sunt de quibus neutro modo opinamur. Alia sunt de quibus sapientes contrariantur vulgaribus. Alia sunt de quibus vulgares inter se contrariantur Exemplū de primis et maxime quando non habet ratio ad aliquam partem. vt vtrum astra sint paria vel imparia. vel quando habemus rationes eque fortes ad vtramq̃ partem: vt vtrum mundus sit eternus. Positio autem est opinio alicui? notorū secundū philosophiam extranea. vt q̃ non contingit esse contradictionem: vt dicit antisthenes. ⁊ quod omnia mouentur: vt dicit eraclitus aut q̃ omnia sunt vnum vt dicit mellissus. De quolibet aūt cōtraria opinionibus proferente sollicitū esse stultum est. Nam propositiones sunt de quibus contrarias opiniones habemus. vt quoniā non omne qd̄ est: est factum vel eternum sicut dicunt sophiste. Nam grammaticus musicus neqz est factus neqz eternus. Unde omnis positio est probleuma sed non ecōtra. Secunda pars patet quia aliquod est probleuma de quo neutro modo opinamur: ⁊ illud non est positio. Prima pars patet quia omnis propositio de qua habentur opiniones contrarie est probleuma: sed omnis positio est huiusmodi: igitur omnis positio est probleuma. Non autem omne probleuma est dialecticum. quia illa probleumata que sunt mota per defectum rationis non sunt dialectica. Qui enim dubitant vtrum oporteat deos vereri et parentes honorare vel non sunt rationibus conuincendi sed verberibus et penis plectendi. Et similiter probleumata q̃ sunt mota per sensum vt q̃ nix sit alba non sunt dialectica. Similiter illa que sunt longe a sensu non sunt dialectica: sed ad altiorem spectant scientiam. His dictis dicendum est de speciebus argumētationis dialectice que sunt due scilicet sillogismus ⁊ inductio Quid autem sit sillogismus patet ex dictis. Inductio vero est a singularibus ad vniuersale progressio. vt sic arguēdo. gubernator nauis bene eruditus est eligendus. et similiter auriga. ergo omnis eruditus in aliqua arte est eligendus. Et differt inductio a sillogismo quia inductio est planior. verisimilior. secundū sensum notior et pluribus cōmunior: sillogismus aūt est violentior et ad contradicendum efficatior. Et sic dictum est de partibus argumentationis dialectice.

ppositio dialectica.

scōa pars. probleuma.

positio.

tercia pars.

genus.

Quintum capitulum in quo determinatur de instrumentis habundandi in sil

logismis dialecticis.

Instrumēta quib⁹ abundam⁹ in syllogismis dialecticis sūt qnatuor scilicet ꝓposicionū sūptio. multiplicis distinctio differentiarum inuentio: et similitudinis consideratio. Et reducuntur hec tria vltima ad sumptionem propositionum. quia qui scit distinguere bonum in vtile honestum et delectabile siue suaue: potest has tres propositiones sumere. vtile est bonum: suaue ē bonum. honestum est bonum. Et qui scit ponere differentiā inter sensum et disciplinam. quia amittens sensum non potest naturaliter recuperare eum: amittēs autē disciplinam potest naturaliter recuperare eam. potest illas duas propositiones dictas sumere. Et similiter considerans similitudinem quam habet sanatiuū ad sanitatem. et euechinum ad euechiam potest sumere has duas propositiones sanatiuum potest habere sanitatem. ⁊ euechinū euechiā. Et ita oia instrumēta reducuntur ad sumptionem propositionum. Pro qna primo ponuntur decem cōsiderationes. Prima est q̄ sumēde sūt ꝓpōnes apparētes oibus pluribus aut sapientibus. Secda cōsideratio est sumende sūt ꝓpōnes cōtrarie ꝓtense secūdum cōtraditionem. Tertia est sumēde sūt ꝓpōnes ꝓbabiles secūdū artem. Quarta est sumende sūt ꝓpōnes similes ꝓbabilibus. vt si cōtrariorū est eadē disciplina: etiā eorū est idem sensus. ⁊ sicut videmus intus suscipientes ⁊ non extra mittentes: ita audimus intus suscipientes nihil extra mittentes et sic de alijs sensibus. Quinta cōsideratio est oportet inspicere ad descriptiōes terminorū puta aialis vel boni. Sexta cōsideratio est oportet sumere dicta ab expertis in aliqua scia: vt corporum quatuor sūt elemēta sicut dicit empedocles. Pro septima aūt ponit talis diuisio Propositionū vel ꝓblemarū: Alie sunt ꝓpōnes ethice. vt vtrū oporteat legibus magis q̄ parētibus obedire. Alie sūt logice: vt vtrū contrariorū sit eadem disciplina. Alie sunt phisice: vt vtrum mundus sit eternus. Que aūt sint tales ꝓpōnes difficile est videre siue scire nisi hoc ꝑ inductionem aut cōsuetudinem cognoscatur. Ex hac diuisione sumitur septima consideratio que est inspiciendū est ad propositiones ethicas. Octaua est inspiciendum est ad propositiones phisicas. Nona est inspiciendum est ad propositiones logicas.

Decima est oportet sumere propositiones vniuersales sub quarum subiectis subsumi possit sicut est hec. omnium oppositorum est eadem disciplina. Sed pro multiplicis distinctione ponuntur quindecim considerationes. Prima est si propositum habeat diuersa contraria diuersis nominibus nuncupata vel eodē nomine: tunc propositum est multiplex. Exemplum primi. vt acuto in voce contrariatur graue. et acuto in magnitudine contrariatur obtusum. Similiter graui in voce contrariatur acutum: ⁊ graui in magnitudine leue. Similiter bono in animali contrariatur fedum. et bono in domo cōtrariatur pestilens. ergo bonū graue: et acutum multiplicia sunt. Exemplum secundi vt albo in voce contrariatur nigrum in voce. et similiter albo in colore contrariatur nigrum in colore.

Secunda cōsideratio est si propositum vno modo habeat contrarium ⁊ altero modo non ipsum est multiplex: vt delectationi in potu cōtrariatur tristitia in siti. Delectationi vero secundum animam nihil contrariatur: ideo delectatio est multiplex. Similiter amori secundum animā contrariatur odiū: amori vero secundum corpus nihil contrariatur igitur amor est multiplex. Tertia consideratio est si inter propositum et suum contrarium vno modo sit mediū: ⁊ altero modo non ipsum est multiplex. vt inter albū in voce et nigrum nihil mediat. sed inter album in colore et nigrum aliquid mediat: igitur album est equiuocum.

Quarta consideratio est si inter propositum et suum cōtrarium vno modo sit vnum medium et altero modo aliud: tunc propositum est multiplex. vt inter al-

prima pars.

secunda pars
prima cōside.
secunda
tertia.
quarta.

quinta.
sexta.

septima.
octaua.
nona
decima.
tertia ꝑs.

bum in voce et nigrum mediat raucum. sed inter album in colore et nigrum medi
at pallidum igitur album est multiplex. Quinta consideratio est si inter pro-
positum et suum contrarium vno modo sit vnicum medium: et altero modo plu-
ra tunc propositum est multiplex. vt inter album et nigrum in colore plura medi
ant: sed inter album in voce et nigrum solum mediat raucum igitur albū est mul-
tiplex. Sexta consideratio est si contradictorium propositi sit multiplex etiam
et propositum vt non videre dicitur multipliciter vno modo pro carere visu. alio
modo pro non vti visu ideo videre dicitur multipliciter. Septima consideratio
est. Si priuatiue oppositum propositi sit multiplex etiam et propositum. vt sen-
sibile dicitur multiplīr de illo quod sentit secundū animam et de illo quod sentit
secundum corpus: ideo insensibile multipliciter dicitur. Octaua consideratio
si principale sit multiplex etiam et casus ab eo descēdens vt sic sanatiuū est mul-
tiplex ita et sanitas. Nona consideratio est si aliquid significet res diuersorum
predicamentorum diuersis concepribus tunc est multiplex vt bonū in cibis est effe
ctiuum voluptatis: et bonum in medicina est effectiuum sanitatis: ideo tūc est in
predicamento actionis: sed bonū in anima est quale et bonū in tempore est quan
do: ideo bonum est equiuocum. Et similiter acutū pro vt conuenit voci est qua
le sed pro vt conuenit angulo est quantum ideo est equiuocum. Decima consi-
deratio est si aliquid ponatur in diuersis generibus non subalternis: tūc est equi
uocum. vt si asinus significaret animal et vas poneretur sub diuersis generibus
et per consequens esset multiplex quia haberet diuersas rationes illorum genex
Si tamen aliquid sit in diuersis generibus subalternis non propter hoc est mul-
tiplex: vt patet de corno qui ponitur sub aue et sub animali. Undecima consi-
deratio est. Si contrarium propositi sit in diuersis generibus aut res diuerso-
rum predicamentorū significet: tunc propositum ē multiplex. Quia si vnū con-
trariorum multipliciter dicatur etiam et reliquum. Duodecima consideratio
est. Si aliquid conueniat aliquibus et non ratione eiusdem differentie posite in
sua diffinitione tūc est multiplex. vt patet de albo quod vt conuenit diffinitur sic
Album est disgregatiuum visus. Sed vt cōuenit voci sic diffinitur. Album est vox
bene audibilis. Tridecima consideratio est. Si aliquid conueniat aliquibus
et non sunt in illa comparabilia illud est multiplex: vt vox et color comparari
non possunt in hoc predicato album.: ideo album est multiplex. Quartadeci-
ma consideratio est. Si differentia importet res diuersorum generum tunc est
multiplex. Quintadecima consideratio est. Si propositum vno modo ha-
beat aliquas differentias et alio modo alias tunc est multiplex. vt patet de albo
quod vt conuenit colori habet hanc differentiam disgregatiuum et vt cōuenit vo
ci habet hanc differentiam bene audibile. Ultima consideratio est. Si pro
positum vnomodo sit genus: et alio modo differentia ipsum est multiplex. vt al-
bum quod est species coloris et differentia vocis. Nam vna vox ab altera differt
quia vna est alba: altera vero non. Sed pro inuentione differentiarum ponū-
tur due considerationes. Prima est inspiciendum est ad ea que sūt eiusdem ge
neris in quo differunt. vt quomodo differt iustitia a fortitudine: et temperantia
a prudentia. Secunda consideratio est ꝙ inspiciendum est ad ea que sunt di-
uersorum generum: et maxime si non multum differant. quia tunc difficile est in
eis inuenire differentiam: vt qualiter differt sensus a scientia. Sed pro simili-
tudinis consideratione due ponunt considerationes. Prima est ꝙ ispiciendū
est ad ea que sunt diuersorum generum propinquorum: vtrum vnum sic se habe
at ad aliud sicut alterum. vt sicut habet disciplina ad disciplinatum: sic sensus
ad sensatum. Et sicut se habet visus in oculo: ita mens in anima. Et sicut se

colori

quarta pars.

quinta pars.

habet tranquillitas in mari ita serenitas in aere. Secunda cōsideratio est inspi-
ciendum est ad ea que sunt in eodem genere: et si aliquid idem in eis inueniatur:
tunc sunt in illo similia. Et hec de considerationibus pro instrumentis habun sexta pars
dandi in sillogismis dialecticis. Nūc autem videndum est de vtilitatibus eor

Unde multiplicis distinctio valet. Primo ad ostendendū propositū quia per
illam distinctionē fit manifestū quod ostenditur. Secundo valet vt fiat dispu-
tatio ad rem et non ad nomen. qz si sit aliquid obscurum non distincto multipli-
ci respondens et opponens ferent suos intellectus ad diuersos sensus. Tertio
valet ad non paralogizari et paralogizare. quia qui scit multiplex distinguere
non potest per ipsum decipi. Unde non per quodlibet multiplex potest quis pa-
ralogysari quia stat multiplex esse verum in vtroqz sensu. Similiter paralogi-
sare non est proprium dialectico sed abeo negandum est. Sed inuentio differē-
tiarum primo vtilis est ad sillogismos de eodem et diuerso quia qui ostendit ali
qua differre satis ostendit illa non esse eadem. Secūdo valet ad diffinitiōes quia
vnūquodqz diffinitur per differentias proprias quibus ab alijs separatur. Si-
militudinis vero consideratio primo valet ad inductionem. quia in inductione ex
singularibus infertur vniuersale propter aliquod simile in ipsis repertū: ⁊ ideo
non est facile inducere ignorantibus similia. Secundo vtilis est ad sillogismos
ex ypothesi. quia in sillogismo a transumpto ex vno infertur alterum propter eo
rum similitudinem. Tertio valet ad diffinitiones quia in diffinitionibus semp
primo loco ponit aliquid in quo multa conueniunt. Exemplum in multū dista
tibus: vt idem est tranquillitas in mari et serenitas in aere: quia vtrūqz est qui-
es. Exemplum in his que parū differunt vt idem est punctum et vnitas quia
vtrumqz est principium. Et hec de primo libro topicorum.

Liber secundus topicorum est de probleumatibus accidentis simpliciter et ab
soluti. Secundi libri topicorum tractatus primi capitulum primū in quo po-
nuntur diuisiones probleumatū: et comparat probleuma accidentis ad probleu
mata aliorum predicatorum.

Robleumatum quedam sunt vniuersalia: vt vtrum omnis voluptas prima diuisi.
sit bona an non: et quedam particularia. vt vtrum aliqua volup- secunda diui.
tas sit bona an non. Secunda diuisio probleumatum est. Pro
bleumatū quedā sunt constructiua: et quedā destructiua. Et inter hec ordo primus
probleumata prius determinandū est de probleumatibus vniuersalius quia pro-
bleumata vniuersalia sunt cōmunioza. Et etiam ostenso q̄ aliquod predicatum
inest subiecto pro quolibet eius supposito satis ostēsum haberur q̄ inest pro ali-
quo supposito. Et inter probleumata vniuersalia prius est determinandum
de destructiuis q̄z de constructiuis. quia probleumata destructiua pertinent ad ordo secūdus
opponētem qui vt in pluribus conatur probare partem negatiuā. Et inter hec tertius ordo.
probleumata probleuma accidentis est difficilimū ad terminandū. Nā in accide
tibus licet ab inesse ad esse qñqz valeat consequētia nō tamē semper. qz nō seqtur
albedo inest erbiopi igit erbiops est alb⁹. In alijs aūt predicatis sp ab inesse ad
esse valet cōsequētia. Nam bō sequit aial rōnale inest boi: igit bomo est aial rō-
nale. et sil̄r aial vel gressibile inest boi igit bomo est aial vel gressibilis. Unde in
his probleumatib⁹ duo possunt accidere peccata. Primū est mentiri. Scōm est
transgredi propositā locutionem: vt vocando bominem platanum.

Capitulum secundum in quo docetur terminare probleuma accidentis.

D terminandum probleuma accidentis ponitur talis consideratio. Si
quis assignet aliquid aliorum predicatorum in esse vt accidens probleu-
ma est destruendum. vt si quis assignet colorratum accidere albo: aut vir

tutem iustitie: aut albedinem coloꝛi: vel ambulationem moueri mala est assignatio quia a nullo genere denominatiue predicatio de specie dicitur. sed genus de specie vniuoce predicatur. Secundi tractatus primũ capitulũ in quo docentur terminari probleumata simplicis inherentie per locos intrinsecos a substantia vel a concomitantibus substantiam.

prima pars

Determinandũ problemata simplicis inherentie per locos intrinsecos a substantia ponuntur alique cõsideratiões. Et primo in simplicibus ponunt due. Quarũ prima est per locũ a toto in quantitate. si aliquod predicatũ assignetur inesse omni vel nulli videndũ est ne sit instantia in speciebus: et postea in indiuiduis. quia facilior est ad pauca inspicere q̃ ad plura. et si nõ sit instãtia cõstruendũ est probleuma: si vero sit est destruendũ. vt si querat an omniũ oppositorꝫ sit eadẽ disciplina. videndũ est vtrũ omniũ contrariorꝫ sit eadẽ disciplina: et similiter in priuatiue oppositis. Et valet hec cõsideratio ad cõstruendũ et destruendũ. Nam si ostendat aliquid inesse plibus oportet cõcedere q̃ inest oibus vel dare instantiã. Cũ incõueniẽs sit negare vle nisi detur instãtia. Secũda cõsideratio est per locũ a diffinitiõe. Si aliq̃d assignet inesse alicui videndũ est an diffinitio predicati cõueniat subiecto vel diffinitio subiecti predicato. vel diffinitio predicati diffinitioni subiecti et si sic cõstruendũ est probleuma: ⁊ si nõ destruendum est. Exẽplũ primi vt si querat an de⁹ faciat iniusticiã: videndũ est q̃d est iniustitiã facere. Et est spõte alcui nocere sine cã q̃d deo nõ cõuenit ido deus nõ facit iniusticiã. Exẽplũ secũdi vt si q̃rat an inuid⁹ sit studiosus videndũ est q̃d sit inuid⁹ Et est q̃ cõtristat in bonorũ psperitatib⁹ cũ igit ille nõ sit studiosus. seq̃tur q̃ inuidus nõ est studiosus. Exemplũ tertij vt si querat an ne inuidus sit reprehensor. videndũ est q̃d inuid⁹: et q̃d reprehẽsor. Reprehẽsor est q̃ in malorꝫ psperitatib⁹ cõtristatur: ⁊ cũ ille in bonorꝫ psperitatibus nõ doleat seq̃tur q̃ inuidus nõ est reprehẽsor. Pro hac aũt cõsideratione tria ponũtur documẽta. Primũ est q̃ in diffinitiõe loco ẽmini minus noti debet poni nomẽ noti⁹. Secũm q̃ opponẽs non debet capere propositionem vniuersalem que habet instantiam sine instãtia ne illa negetur a respondente sed eam cum ua instã tia debet sumere. Tertium est in diffinitionibus vel argumentationibus vtendum est nominibus vt plures: opinãdũ vero vt pauci. vt sanatiuũ ẽ pfectiuũ sanitatis vt multi dicũt: sz vtrũ sit, dicendũ est vt medicus. Inmultiplicibus aũt ponũtur quattuor cõsideratões.

iniustus.

inuidus.

reprehensor

primũ documẽ secũz documẽ

tertiũ.

secũda pars

Prima est si multiplex sit equiuocũ et latea ⁊ respondentẽ tũc põt secũm vnum sẽsum cõstrui et secũm alium destrui diuerso tamẽ mõ: qz ad ipm destruẽdũ sufficit ostẽdere pdicatũ alicui non in esse. Sed ad ipsũ cõstruendũ oportet respõdẽtem cõcedere q̃ si sic sit in aliquib⁹: ita erit in oibus. vt si velim⁹ pbare q̃ non ois anima sit imortalis sufficit ostẽdere de aliqua anima q̃ non sit imortalis. Sz si velim⁹ pbare q̃ ois aia sit imortalis oportet ostẽdere q̃ si aliqua est imortalis etiã q̃libet. nõ tamẽ sp vtẽdũ est pre cõcessione respõdentis puta quãdo opponẽs habet rationẽ cõmunẽ per quã predicatũ inest subiecto. vt geometer ad probãdũ istam omis triãgulus hẽt tres nõ vtitur precõcessiõe respõdẽtis. Secũda cõsideratio est si multiplex nõ lateat respondentẽ debet distingui et tũc vtercꝫ sensus construi vel destrui nisi vnus sit verus et alter falsus. vt si querat an omne oportunũ sit expediẽs distinguẽdũ est de expediẽte qz q̃dã est vtile et q̃dã est honestũ ⁊ tũc si velim⁹ cõstruere pbandũ est q̃ omne oportunũ est vtile ⁊ honestũ. Si vero illi⁹ oppositũ probem⁹ tunc pbleuma destruim⁹. Tertia cõsideratio est si multiplex sit amphibologicum latens respondentem debet distingui et tunc construi secũdũ sensũ vez ⁊ secũm sensũ falsum destrui vt si q̃ras an disciplina sit vna pluriũ

prima consideratio.

secũda cõsideratio.

tertia.

Respondetur q̃ hoc potest dupliciter intelligi vno modo q̃ sit vna pluriũ vni vt finis et alterius vt medij. vel vnius per se et alterius per accidẽs. Alio mõ q̃ sit plurium vt finium tunc si velimus construere debemus vtrumq̃ probare. Si vero velimus destruere simpliciter tunc debemus probare q̃ nullo modo sit vna plurium alias non destrueretur nisi secundum quid. Quarta consideratõ est per locum a transsumptione debemus nomen obscurum in nomen clarũ trãsferre vt hoc ñbũ iuestigare i hoc ñbũ inq̃rere. Sz ad ꝛminãdũ pbleumata siplicis inherentie per locos a cõcomitantibus substantiã ponũtur sex cõsiderationes cũ tribus regulis ⁊ quatruor documentis. Prima cõsideratio est si aliq̃d assignetur in esse speciei: videndum est vtrũ insit generi. et si sic cõstruendũ est pbleuma et si non destruendũ est. vt si queratur an contingat recte sentire videndum ẽ an contingat recte iudicare. quia qui sentit quodãmodo iudicat: et si sic cõstruedũ ẽ probleuma. Secunda consideratio si aliquid assignetur inesse generi videndũ est an insit speciei: et si sic construendũ est probleuma. vt si queratur an dispositõ sit bona videndum est an disciplina sit bona. Et differt hec consideratio a prima quia prima non semper est constructiua: secunda autem semper est constructiua. Prima regula ẽ si gen' predicet de aliquo oportet aliqua species eius de eodẽ predicari. Secũda est q̃cũq̃ habẽt aliquod genus habent aliqnã spẽz illius generis. Tertia est de quocũq̃ predicatur genus denominatiue de eodem predicat aliqua species eius denominatiue: vt si anima moueat necesse ẽ aliqua specie motus moueri. Primũ documentum est si opponens non sit prõptus ad arguendum i aliqua materia debet sumere diffinitiones terminorum et quibus facilis erit argumentatio Tertia cõsideratio est respiciẽdum est ad antecedens et cõsequens. quia si antecedens est verũ etiam ⁊ consequens. Quarta cõsideratio est si aliquid assignetur inesse de necessitate oportet q̃ illud semp insit: ⁊ ideo aialia non necessario augent. Nam licet animalia semper nutriantur non tamen sp augentur. Similiter scire non est reminisci qnia reminisci solum est preteritor scire autem presentium preteritorum ⁊ futurorũ. Secundum documentum est opponens debet ducere respondentem ad propositum in quo est magis idoneus ad arguendum et hoc si respondens neget aliquid necessarium vel apparens ad illud propositum. Non aũt si non neget apparens vel necessarium: quia tunc se transferre est extraneum dyaletico. Quinta consideratio est si aliquod predicatum assignetur inesse alicui subiecto oportet illud omnibus inesse que consequũtur ad ipm vt si homo ẽ oportet animal esse ⁊ similiter corpus. Tertiũ documentum est opponens debet cauere ne sumat antecedens difficilius ad probandum q̃ sit consequẽs. Sexta consideratio est si vnum contrariorũ insit aut nõ insit subiecto facile potest ostendi de altero quod inest aut non inest. vt si egritudo corpi inest potest ostendi facile q̃ ei nõ inest sanitas. Quartũ documentum est q̃ opponens debet transferre nomen minus notum in notius vt pequanimo equum animum habens: et pro magnanimo magnum animum habens. et p bene fortunato cuius fortuna fuerit studiosa. quẽadmodũ dicit socrates bene fortunatum esse qui animam habet studiosam.

Capitulum secundum in quo terminantur probleumata simplicis inherẽtie per locos extrinsecos siue ab oppositis siue per alios.

D terminandũ probleumata simplicis inherẽtie per locos ab oppositis. Et primo per locos a disparatis ponuntur sex considerationes cum vno documento et duabus diuisionibus. Prima diuisio est. Rerũ quedã insũt de necessitate q̃dã vt i plurib' ⁊ q̃dam ad vtrũlibet ex

quarta.

tertia pars.

consideratio nes

regule.

documenta.

prima pars:

diuisiones.

consideratio nes

qua sumuntur tres considerationes. Prima est si aliquid insit vt in pluribus ⁊ assignetur inesse de necessitate probleuma est destruendum: quia quod necessario inest semper inest: non autem quod inest vt in pluribus. Secunda cōsideratio est si aliq̄d insit vt in paurioribus et assignetur inesse vt in pluribus probleuma est

documentum

destruendum vt si queratur an homines sint vt in pluribus boni: dicendum est q̄ non sed sunt vt in pluribus mali et in paurioribus boni. Documentum aūt tale est si respondens non determinauerit modum secundum quem predicatū inest subiecto tunc debet opponens contra eum instare perinde ac si illum modum determinasset. Tertia consideratio est si aliquis assignet idem sibi ipsi accidere probleuma est destruendum. vt si quis assignet voluptatem: que secundū prodigum diuiditur in gaudium: iocunditatem et leticiam: accidere letitie probleuma

secōa diuisio

est destruendum. Secunda diuisio est contraria possunt complecti sex modis. Primo modo quando ambo contraria predicantur de duobus cōtrarijs ⁊ hoc duplr. Prio sic. amicis oportet bēfacere: inimicis oportet malefacere. Scō. sic amicis oportet malefacere: inimicis oportet benefacere. Secundo quando ambo contraria predicantur de eodem subiecto: et hoc dupliciter. Primo sic. amicis oportet benefacere amicis oportet malefacere. Secundo sic. inimicis oportet benefacere inimicis oportet malefacere.. Tertio quando idem predicatur de ambobus contrarijs et hoc dupliciter. Primo sic. amicis oportet benefacere inimicis oportet benefacere. Secundo sic amicis oportet malefacere: inimicis oportet malefacere. ⁊ sic sunt duodecim propositiones et sex complexiōes inter quas neq3 prima secunde neq3 tertia quarte contrariantur. quia sicut in illis complexionibus vna pars est eligenda et altera spernenda: ita est in alijs. Modo spernendum spernendo non est contrarium. Sed quinta que est eligenda quantū ad

correlarium

vtramq3 partem eius contrariatur sexte que est omnino fugienda. Et sic patet q̄ eidem plura contrariantur. vnum ex parte subiecti: et alterum ex parte predi

consideratio nes

cati. Ex hac diuisione sumuntur tres considerationes. Prima est si aliquod predicatum assignetur inesse alicui subiecto cui insit contrarium predicati probleuma est destruendum: cum impossibile est contraria simul esse in eodem. Secunda consideratio si aliquod predicatum assignetur in esse alicui subiecto ad quod sequuntur contraria vel contradictoria destruendum est probleuma: vt ad ydeas in nobis esse sequitur eas esse immobiles vt dicit Plato. et etiā ipsas esse mobiles. quia mouentibus nobis necesse est omnia que in nobis sunt simul moueri: ideo idee non sunt in nobis ponende. Tertia consideratio si aliquod predicatum habens contrarium assignet inesse alicui subiecto videndum est vtrū ei possit contrariū eius in esse: et si non destruendū est probleuma: vt amicicia non contrariatur odio. q2 amicicia est in appetitu concupiscibili: odiū vero est in appetitu irascibili. Sed inspiciendo ad opposita penes eorū cōsequētias ponunt quattuor cōsideratiōes. Quarū prima est si aliq̄d predicatū assignet inesse alicui subiecto. videndū est an contradictoriū subiecti dicatur de cōtradictorio predica

cōa pars

ti p cōsequentiā ecōtrario. ⁊ si sic cōstruendū est pbleuma. ⁊ si nō destruendus est. vt si bonū est suaue tūc nō suaue erit nō bonū. Scōa cōsideratio est si cōsequēs seq̄tur ad aūs. videndū est vtrū ad cōtrariū aūtis seq̄tur cōtrariū cōsequētis. vt si iustitia est virtus iniustitia est viciū. Et valet cōsequētia in ipo incōtrarijs non aūt ecōtrario nisi cōtraria sē habeant p modū toti ⁊ ptis: vt euecbia est sanitas igitur egritudo est cacocbia. Tertia cōsideratio est si aliq̄d sequat ad aliud videndū est si ad p̄uatiue oppositū aūtis sequat p̄uatiue oppositū cōsequētis: ⁊ si sic cōsequētia ē bona. ⁊ si nō mala ē: vt si visus est sensus cecitas est insēsibilitas sensus visus. Et valet cōsequētia in ipso in priuatiue oppositis: sed nō contrario.

Quarta consideratio est in relatiue oppositis valet consequentia in ipso. vt si

duplum est multiplex subduplum erit submultiplex. Et valet hec conseq uentia in relatiuis secundū esse et non secundum dici vt non sequitur scibile est sensibile: igitur sensus est scientia. Sed ad terminandū pbleuma simplicis inherentie p alios locos ap̄dictis sumunt quideci cōsideratiōes. due prie a loco a cōiugatis.

Quarū prima est si aliqd cōiugatorū cōstruatur vl destruat cū altero videndū est vtrū alia se habeant simil secundū cōiugationē: vt si iustū sit studiosū: iusticia erit virtus. et qd iuste fit studiose fit. Seda cōsideratio est si cōiugatū predicet de cōiugato tūc cōtrariū predicati predicabit de contrario subiecti. vt si bonū est suaue. malū erit triste. et sic qd iuste fit scieter fit. qd ignorāter fit triste fit. Tertia consideratio est per locū a gnatiōe: quorū generationes sunt bone ipa sūt bona et quorū corruptiōes sunt bone ipsa sunt vel fuerūt mala: ⁊ similiter in efficientibus ⁊ corūpentibus. Quarta cōsideratio est inspiciendo ad sil̄ia oportet enim in illis inspicere an sil̄r se habeant. vt si disciplina est vna pluriū: ira ⁊ opinio et si visum habere sit videre: auditū habere erit audire. Quinta q etiā per locū a sil̄i sumitur est. in sil̄ibus nō solū inspiciēdū est ad vnū sed ad multa. qr plerūq; aliqua in vno cōueniūt ⁊ in altero drūt. vt cōtingit pl̄a scire: intelligere vero nō plura. Sexta sumpta p locū a maiori est hec si aliqd predicatū assignet inesse alicui subiecto videndū est an ad ipm sumptū cū hoc aduerbio magis sequatur predicatū cum eode sumptū. vt si voluptas sit bona: magis voluptas erit magis bona. Septima ab eode sumpta est: si duo predicata se habeāt ad idē subiectū sic q vnū eorū videt magis inesse q̄ alterū tūc si illud qd magis videt inesse nō inest nec illud qd minus. et si illd qd min⁹ videt inesse inest et illud qd magis.

Ratio secundum antiquos diuidit sic. Orationum quedam disputantur ad nomen: cum scilicet opponens et respondens suos intellectus ferunt ad diuersos sensus. Alie vero disputantur ad intellectum: cum scilicet opponens et respondens ferunt suos intellectus ad eundem sensum. Sed hec diuisio est insufficiens. Tū primo qr eadē oratio disputatur ad nomen et ad intellectum. Nam possunt vno tempore opponēs et respōdens ferre suos intellectus ad diuersa et alio tpe ad idem. Tū scōo qr aliqui sunt orōes que nec ad nomen nec ad intellectū disputant. vt patet de illis que nō ponunt in argumētationibus: igit illa diuisio est insufficiēs. Sed ad hanc diuisionē dixerūt aliqui antiquorum q omnes orōes multiplices disputant ad nomē: nō multiplices vero ad intellectū. Hoc aūt dictū stare non pōt. Tū primo qr oro disputat ad nomen in ordine ad respōdentē qui circa orōem multiplicē dat aliū intellectū ab intellectu opponētis. sed cōtingit respondentē nō dare aliū intellectū ab intellectu opponentis: ergo possibile est q oro multiplex nō disputet ad nomen. Tum scōo qr oro nō disputat ad nomē nisi ex defectu cōtradictiōis. sed stat orōne existente multiplici non esse defectū cōtradictiōis: igitur stat orōem multiplicē non disputari ad nomē. Ānis patet qr si respondēs dicat q nō est possibile tacentē dicere: et sic arguat opponēs. quēcūq dico possibile est dicere. tacentē dico: ergo tacentē possibile est dicere ibi est disputatio ad nomē ex parte defectus cōtradictionis. Tres orōes non multiplices vere pnt disputari ad nomē quia quis potest credere q li triangul' pla significet: et sic poterit capi a respondēte in vno sensu ⁊ ab opponēte in alio. Preterea orōes multiplices false possunt disputari ad intellectum igitur illud dictū antiquorū est falsum. Ānis patet. Tū primo qr q̄rūcunq; oro sit multiplex possibile est q opponēs ⁊ respōdēs nō nouerint nisi vnā significationē. sed tūc oro illa disputabit ad intellectū igit. Tū scōo qr possibile est q opponens distinguat multiplicitatē sicut debet fieri in disputatiōe dialectica ⁊ tunc q̄rat de vtroq; sensu a respondente. sed tunc fiet disputatio ad intellectū. igit oro multiplex potest disputari ad intellectum: ⁊ non multiplex ad nomen. Non tamen omnes tales disputantur ad nomen licet de facto possint disputari.

Sed circa illam diuisionem dixerunt alij antiqui q oratio nō disputatur ad nomē nisi ex vicio opponētis nō distinguētis multiplex. Sed hoc dictū nō pōt stare in veritate. Tū primo qr aliqn opponēs ignorat illud multiplex: ergo non tenet ipsum distinguere. Cū nemo teneat ad impossibile. Tū scōo qr in disputatiōe sophistica vel tēpratia opponēs nō debet docere respondētem. hoc aūt faceret si multiplex distigueret igit. Tū tertio qr stat oro nō multiplicē disputari ad nomē: igit q oro disputet ad nomē hoc nō ē ex vicio opponētis. Ānis patet dupl'r. Prio qr si rndens dicat q in quaternario nō sūt tot binarij quot sūt vnitates et alius arguat q sic. qr in quolibz cono est vn' binari': et simil'r in quolibet latere: sz duo sūt coni ⁊ duo latera: ergo sūt q̄tuor binarij ⁊ p consequens tot quot vnitates. ibi ē disputatō ad nomē qr vl'ē szmo de binarijs nō cōicātib' et sic nō sūt tot q't vnitates. vl'de binarijs cōicātib' ⁊ sic sūt tot quot vnitates. Scōm exēplū est si q̄rat an oīm cōtrariorū sit eadē disciplia pōt esse disputatio ad nomē cū possit intelligi vno mō q oīz cōtrariorū notorū sit eadē disciplia. Alio modo q omniū contrariorum ignotorum sit eadem disciplina.

Capitulū tertiū in quo comparantur species disputationis ad inuicem.

Ro cōparatiōe specierū disputatiōis interse ponūtur quinq; cōclusiones.

Prima est species disputationis inter se differunt. quia ex quo aliud est

prima cōclu.

secunda cōclu

tertia cōclu.

prima cōclu.

docere ⁊ aliud temptare: demonstrator qui docet non interrogat: sed in disputa-
tione dialectica qui disputat interrogat. In disputatione vero temptatiua non
interrogat ad probandū vel demōstrandū: sed ad sumendū experimentū de scien
tia vel ignorantia respondentis. Disputatio vero litigiosa ꝓcedit ex apparēter
ꝓbabilibus: et in hoc differt a dialectica q̄ procedit ex vere ꝓbabilibus. Secūda
cōclusio est cū sint quidā sillī litigiosi apparētes ⁊ nō exīntes: alij vero sint sillī nō
tamē cōueniētes rei. sequit q̄ sillis tēptatiuus est litigiosus: sed non sillogismus
falsigraphus. Prima pars cōsequētis patet: quicunq3 paralogismi videntur
esse secundū propria principia artiū specialiū et tamē non sunt: sunt litigiosi. sz
sillogismus temptatiuus videtur esse scōm propria principia artiū sperialiū et
non est: igitur est litigiosus. Minor patet per argumentū brissonis quo proba
uit circulū quadrari sic arguens. vbicunq3 est reperire maius et minus ibi est re
perire equale: sed est reperire quadratū maius circulo et etiā minus: igitur est re
perire quadratū equale circulo. ibi est argumentatio sophistica cū non ꝓcedat.
ex proprijs sed ex cōibus. Et sicut illi qui sunt corā iudice in causis habēt spe-
ciem veri et iusti cū nō habeant: sic etiā ille sillogismus videt esse bonus cū nō sit.
Scōa pars patet qr illi sillogismi qui ꝓcedunt ex proprijs principijs artiū spe-
cialiū non sunt sophistici: sed sillogismi falsigraphi sunt huiusmodi vt patet in
argumentatiōe ypocratis qua visus est ꝓbare circulū quadrari sic arguens: oēs
linee ducte ab eodem puncto in idem punctū sunt equales: sed quarta pars circu
li et quarta pars quadrati procedunt ad eodem puncto in idem punctū: igit fūt
equales: ibi procedit ex proprijs principijs geometrie licet male intellectis: cum
maior intelligat de lineis rectis. Tertia conclusio sillis temptatiuus est quodā
modo dialecticus. Probatur duplici ratione. Pria est sicut se habet falsigra-
phus ad geomeiria.i. demonstrationē geometricā sic temptatiuus ad dialecticā
sed falsigraphus pertinet ad geomettriā: ergo et temptatiuus ad dialeticā. Non
est tamē totalis similitudo temptatiue ad dialecticā: sicut sillogismi falsigraphi
ad geometriā. Tum primo qr falsigraphus est ex proprijs ad propria: tēptatiuā
aūt ex cōibus ad propria et nō ad cōia. Tū secūdo qr sillis falsigraphus non po-
test ad diuersas scientias applicari cū procedat ex proprijs vt patet per rationē
ypocratis: temptatiuus aūt potest applicari ad diuersas scientias cum ex cōmu-
nibus procedat vt patet per rōnem brissonis. ⁊ etiā per rationē antiphōtis q̄ po-
nitur in phia naturali. ⁊ per rationē zenonis qua probauit nihil posse pertrāsi
ri cum infinita nō possint pertransiri. inquolibibet spacio sunt infiuita. illius
enī rōis principia ad phiam naturalē ⁊ ad medicinā applicari possunt. Pro se-
cūda rōe ponunt alie cōclusiōes. Quarta est dialectice quattuor cōueniūt cōdicti
ones. Pria est q̄ nō est circa aliqd determinatū genus scibile. Scōa qd ipa non
est alicui⁹ demōstratiua. Tertia est q̄ ipsa nō est talis qualis est vniuersalis sicē
tia q̄ metaphisica dr. Quarta est q̄ ipsa est interrogatiua de vtraq3 parte con-
tradictiōis. Et si querat an ipa debeat interrogare de principijs sciētie. Dicitur
q̄ nō qr eis nihil est noti⁹. Quita cōclusio est dicte conclusiōes dialectice cōueni
unt tēptatiue: ⁊ idō tēptatiua quodāmō ad dialecticā ptinet. De pria p3. Tum
prio qr illa disputatio nō est alicui⁹ gnis deteriati quā hnt nesciētes artes spēa-
les. sed tēptatiuā hnt ignorātes dictas artes: qr aliqn querūt cōia ad q̄ periti ne
sciūt respōdere et sic sumūt experiētiā de sciētia respondētis ergo tēptatiua non
est alicui⁹ gnis deteriati. Tū scōo qr tēptatia ꝓcedit ex cōibus oibus sciētijs ap-
plicabilib⁹: igit non est alicui⁹ gnis deteriati. Ex quo p3 q̄ oēs vtūtur quodāmō
dialectica et tēptatia etiā si sint ideote qr ille proceduntex cōib⁹ q̄ sūt nobis val-
de nota. Et si dicat q̄ ex quo ideote vtunt dialectica frustra addiscet illa ars.

scōa cōclusio

tertia cōclu-

quarta.

questio
quinta

Ad hoc dicitur negando cōsequētiam quia nō oēs vtuntur dialectica ⁊ temptatiua artificialiter. De tertia cōdictiōe patet qz temptatiua procedit ex cōmunibus: metaphisica vero nō. Tum etiā qz temptatiuus est quodāmō litigiosus. et differt a falsigrapho qui pertinet ad eandē scientiā cū demōstratiuo. Et sic patet q̄ sillogismus temptatiuus pertinet ad dialecticū qz de oibus sillogismis precedentibus ex cōibus ptinet ad dialecticū cōsiderare. Tertij tractatus primus capitulū in quo ponuntur cautele ad ducendū ad metbā falsi et inopinabilis.

Ad ducendū ad metbā falsi ponūtur quinqz cautele que in his versibus cōtinētur. Cela. multa pete. lauda: transferre memento. Discere te fingas si vis cōcludere falsum. Quax prima est opponens nō debet interrogare sed celare intentū suū. Secunda est opponens debet simul interrogare multa. Tertia est opponens debet laudare dicta respondētis. Quarta est opponens debet se transferre ad materiā in qua magis habundat argumentis: ⁊ hoc bene fiet si respondens nō percipiat vel neget aliquid qd̄ est necessariū vel videtur esse necessariū opponēti: male vo fiet si hoc respōdēs pcipiat. Quinta est opponens debet fingere se velle discere a respondente. Et valet quelibet hax cautelarū ad ducendū ad metbā falsi. Sed ad ducendū ad metbaz inopinabilis ponūtur quinqz cautele. Prima est qd̄ opponens cōsideret de qua secta sit respondens et tunc cī pponat inopinabilia secundū suā sectam aut secundū aliam: quia quicqd̄ respondēs dicat videt̄ duci ad metbā inopinabilis. Scda est q̄ opponens interroget ea q̄ sunt occulta in mente et manifesta in sermone. Non enim eadem volunt et dicunt homines. sed dicūt quidē decoratissimas oīones: volunt autē ea que vident̄ prodesse. vt vtrum sit magis eligendū bene mori: q̄ voluptuose viuere. vl̄ egere iuste q̄z diuicijs praue affluere. Tertia est opponens interroget ea de quibus est contrarietas secundū legem et naturā vt vtrum bonū sit latrones suspendi. Quarta st q̄ opponēs interroget ea que habent vtranqz partē probabilē: vt vtrū sit magis obediendū deo q̄z legibus si dissonent. Quinta est q̄ opponēs interroget ea de q̄b̄ est cōtrarietas inter pl̄es pura inter ppl̄es ⁊ sapientes vt vtrum reges sint felices vel non. Capitulum secundū in quo ostendi tur quomodo quis ducitur ad metbam nugationis.

Ad ducendorū aliquē ad metbam nugationis oportet supponere q̄ idem significat dictio si per se ponatur ⁊ si cū alio: et si respondens admittat illā suppositionē poterit vere duci ad nugationē vt si cōcedat q̄ sicut duplū per se significat duplū dimidij ⁊ ita cum alio. tunc dicendo hoc est duplū dimidij erit nugatio cum sensus sit duplum dimidij dimidij. Silr si cōcedat q̄ sicut habundans per se significat numerū habentē mediū ita cū alio tunc erit nugatio dicendo ternarius est numerus habundans cū sensus sit ternarius est numerus: numerus habes mediū. Sed si nō cōcedatur hec suppositio nō poterit ad metbā duci nisi apparenter. Capitulū tertiū in quo docet̄ quō q̄s ducit̄ ad soleocismū.

De soleocismo spectat ad logicū cōsiderare qz aliqn̄ fit vere ⁊ nō apparenter. Aliqn̄ vero apparenter ⁊ nō vere vt si quis dicat ficus maturas vere cōmittit soleocismū: nō tamē scōm cecilianū qui dicit ficus esse femini generis ⁊ scōe declinatiōis. Sed si quis dicat ficus maturos licet vere nō cōmittat soloecismū bene tn̄ secundū cecilianū. Silr si finis solū est masculini gn̄is secundū quosdā ⁊ q̄s dicat finē bonā licet videat̄ soloecismū cōmittere scōz illos nō tn̄ vere cōmittit. Unde ad ducendū ad soloecismū tria ponunt̄ documenta. Primū est q̄ marie debemus vti neutro genere si velimus ad soloecismū ducere. qz neutrum quodamodo comprehendit masculinum et femininum. Secundum est si aliqd concessum sit sub hoc pronomine hoc debemus illud mutare in hoc pnomē hunc.

prima ps.
prima.
scda.
tertia.
quarta.
quinta.
secunda ps.
prima.
secunda.
tertia.
quarta.
quinta.
primap ars.
secunda ps.

Tertiũ est debemus orationẽ de nrio et indicatiuo in illa de accusatiuo et infinitiuo mutare vt sic arguendo. quicqd dicis esse hoc est. sed lapidẽ dicis esse: ergo lapidem est. Et peccãt tales paralogismi penes fallaciam figure dictionis.

Capi. vltimũ in quo ponuntur cautele pro opponente et respondente.

Offert aũt multũ sic vel sic premissas proponere cum aliquando sic proponant vt facile pateat defectus et ideo dãde sunt cautele ad eas sic proponendas q defectus minime pateat. Et primo ex parte opponẽtis ponuntur quinq3. Prima est q opponens debet vti prolixitate. quia difficile est simul multa conspicere. Secunda est q opponens debet festinare respondentẽ. Tertia est q opponens debet eum prouocare ad iram. qr conturbari minus possunt omnia considerare: et hoc potest fieri dicendo q ipe nihil scit. Quarta est q opponens debet interrogare propositiones ad inuicem permixtas puta maiorẽ vnius rationis cum minore alterius. Quinta est q opponens interroget ea que sunt vtilia ad occultationẽ. cum occultatio sit causa latẽdi: et latentia causa fallendi. Sed contra respondentẽ omnia negantẽ ponũtur quattuor cautele. Prima est si respondens omnia proposita neget tũc si velimus ab eo habere affirmatiuã debemus suam oppositã interrogare. Secũda est si respondẽs cõcedat aliqua singularia sub subiecto alicuius vniuersalis et opponens indigeat tali propositione non debet eam interrogare sed debet ea vti tanq̃ concessa. Tertia est si opponens velit a respondente aliq̃ propositionẽ habere debet eam interrogare sub disiunctione ad suã oppositã. Oppositis enĩ iuxta se contrarijs maiora ⁊ minora videtur et peiora et meliora horibus. Et hoc est q solet dici sub hac forma. Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Quarta si opponens non habeat ex quibus syllogiset debet capere que sibi sunt vtilia ⁊ imponere respondẽti q ea concessit. Sed cõtra respondentẽ non multũ doctũ ponunt due cautele. Prima est si respondens concedat aliquod inopinabile debet ipsum opponens laudare et ei proponere aliquod proponere aliquod ꝓbabile ad qd̃ sequitur oppositũ concessi quod fortassis concedet respondẽs propter laudẽ sibi attributã. Secũda est q opponens debet videre ne propositiões a respõdẽte cõcesse repugnẽt inter se. Ex parte aũt respondẽtis periti postremo ponũtur quinq̃ cautele. Prima est si respondens instet contra dicta opponentis tunc opponens debet fingere multiplicatẽ in dicto suo et dicere q in vno sensu est verũ et in alio falsum: et si respondens concedat debet dicere q cepit in sensu falso: si vero neget debet dicere qd̃ cepit in sensu vero. secunda est si opponens videat q respondens ꝓcipit multiplicitatẽ dicti sui tunc debet preuenire respõdentẽ ipsum distinguẽdo vt videat velle bene agere. Tertia est si opponens non habeat argumentũ ad propositum debet se ad aliud transferre. et si querat ab eo respondens quare se transfert debet dicere q intendit sue propositioni cõtra dicere. Quarta est q opponẽs debet interrogare ꝓpositiões ex suũ ꝓpositũ valentes. ⁊ etiã aliquibus vti tanq̃ concessis: qr multa cõcedũtur nõ interrogata q̃ si interrogẽtur nõ cõcederent. Quinta est nõ oportet sepe c cõclusionẽ interrogare sed aliqũ vti ipa. qr sepe respõdentes cũ multa dixerũt si ꝓponat eis q cõcesserũt talẽ ꝓpositionẽ credũt eã cõcessisse. Et hec de libro elencborũ. Secundi libri elẽcborũ primũ capl'm in quo determinat de vtilitatibus huius libri ⁊ solutiõibus paralogismorũ in genera li.

Unc dicẽdũ est de solutiõe sine recta siue apparente palogismorũ ⁊ de argumẽtatiõibus q̃ sunt digne solutiõe ⁊ q̃ nõ sunt digne et ad q̃ vtilis est hec scientia: Uñ hec sciẽtia primo vtilis est ad philosophiã. Tũ prio qr qui sciũt soluere palogismos fallacie in dictiõe sciũt multiplicitates dictionũ siue terminorũ: ⁊ ꝓ cõsequẽs sic quõ se hñt tmini ad res significatas qd̃ multũ cõfert phie

primus pars

secũda pars.

tertia pars.

quarta pars

prima pars.

prima cõclu.

Tum secundo quia sicut facile decipiuntur cum alio disputando et tamen non percipimus ita per nosmetipsos considerãdo. seo per solutione ab hac deceptione cauere possumus igitur paralogismorum solutio vtilis est ad philosophiã.

Secundo valet hec solutio ad laudem et gloriam soluentis. qz soluens argumentationem sophisticam videtur esse circa omnia exercitatus et in nullo inscius Et si dicat aliquis q̃ solutio paralogismorũ potest haberi per primum librum: igitur iste liber est superfluus. Ad hoc dicitur negando consequentiã. quia aliud est scire solutione paralogismorũ in sua radice sicut habet in primo libro ⁊ scire eos solutione in speciali quod fit in hoc libro. Multi enim habentes habitum qui non sunt exercitati decipiuntur: ⁊ ideo hec scientia non ẽ superflua. Nã sicut in figuris geometricis aliqui sciunt eas dissoluere qui tamen nesciunt eas componere. ita ex opposito in paralogismis aliqui sciũt eos cõponere ⁊ nesciũt eos soluere. Unde aliquando ad paralogismos sophisticos danda est solutio apparens magis q̃ vera: quia respondens debet soluere sicut opponens arguit. Sed licet opponens videatur arguere non tamen arguit. quia non facit elenchũ cũ videatur facere: ergo etiã respõdens debet videri soluere dato q̃ non soluat Et si dicatur q̃ ex quo opponens non arguit videtur q̃ oppones non debet dare solutionem neq̃ rectã neq̃ apparentẽ. Ad hoc respondetur negando consequentiã quia q̃ respondẽs soluat: hoc non est quia opponens arguit sed quia videtur arguere: modo non solum est cauendũ redargui. sed etiam videri redargui: ⁊ laborandum est alium redarguere. Unde pro tali solutione facienda debet respõdens distinguere multiplex antequã opponens concludat contra eum. Quod patet dupliciter. Primo qz respondens debet illud facere per qd̃ acquirit apparentem sapientiam siue gloriam: seo hoc facit distinguendo multiplex cum viciũ opponentis corrigat. eo q̃ oratio multiplex non distincta est viciosa: igitur. Secundo patet quia sicut est de interrogatiõe plures ita est d̃ interrogatiõe multiplici. sed ad interrogationẽ plures non est respondendũ vnica responsione. ergo ad interrogationem multiplicem non est danda vnica responsio sed plures per distinctionẽ. Et si querat aliquis an si oratio multiplex sit vera in vtroq̃ sensu sit distinguenda. Ad hoc dicitur q̃ sic quia faciendũ est de oratione multiplici sicut de interrogatione plures. sed questio plures est distinguenda etiã si sit in vtroq̃ sensu vera igitur et oratio multiplex. Ex dictis patet q̃ sicut sunt aliqui elenchi apparentes et aliqui veri: ita alique sunt solutiones apparentes et alique vere. Solutio autẽ apparens est quando explicatur quare argumentũ non valet in generali et non in speciali. Sed solutio recta est quando exprimitur viciũ in generali et in speciali. Et pro istis solutionibus faciendis ponuntur alique caute le respõdentis: et primo ad resistendũ interrogatiõi vne ponuũtur quinq̃. Prima si est opponẽs. pponat respõdenti aliquã propositionẽ probabilẽ que nõ videtur respondenti pbabilis tunc ipse non debet simpliciter concedere ne videat duci ad inopinabile: seo debet dicere mihi sic videtur. Secunda est si opponens proponat aliquod inopinabile: tunc etiã debet dicere respondens mihi sic videtur ne contra eum possit fieri elenchus. Tertia est si opponens velit probare aliquid a respondente negatum: tunc respondens debet dicere q̃ petit principium: quia videtur assistentibus q̃ bene dicat. et si hoc neget opponens: tunc respondens debet illud manifestare. Quarta est si opponens aliquid inferat ex dictis a respondente propter aliquã similitudinẽ respondens debet dicere q̃ ipse non arguit in illo sensu in quo dedit ipsa ꝓpositionẽ. Quinta est respondens nõ debet respondere nisi prius interrogatio fuerit perfecta. vt est ne homo animal iũ. puta sine quicquid est danaũ possessio est danaum: Sed ad resistendum interroga

obiectio

secũda cõclusio.

tertia cõclusi.

questio.

secũda pars.

tertia pars

tioni plures ponuntur quinq; considerationes. Pria est si ꝓponantur plura se habentia per modum antecedētis et cōsequentis quorū oportear vnum cōcedi debet cōsequens potius cōcedi q̄ ans vt si queratur an ne bō vel animal currat: potius est concedenda scda pars q̄ prima. Scda est si opponēs disputet cum respondente de duobus q̄ respōdens dicit habere contraria et opponēs dicat q̄ vnum habet contrarium alterū vero non: tunc debet respondens dicere q̄ vnum habet contrarium nominatum et aliud in nominatū et ꝓpter hoc videtur nō habere contrariū. Tertia est si opponēs ꝓponat aliquam ꝓpositionem que videtur assistentibus vera respondens nō debet eam negare. ideo si aliqua ꝓponātur que in differenter negantur et cōcedātur tales potest respōdēs negare. Quarta est si aliqua ꝓponantur respōdenti que ab aliquibus negātur ⁊ ab aliquibus cōcedūtur respondens debet dicere q̄ cepit in alio sensu q̄ opponens. Quinta est si respondens percipiat quid opponēs velit interrogare debet ipm preuenire dicendo q̄ ipe voluit hoc interrogare. Et valēt hec cautele ad solutionem apparētem. Sed solutio recta est manifestatio falsi syllogismi scdm omnē modū scdm quē ille dicit falsus. Syllogismus autē dicitur falsus dupliciter. Uno modo quia syllogisat sed tamen syllogisat falsum sicut est ille qui peccat in materia. ⁊ ille soluit p interemptionē vni⁹ pmissarū vl ambarū. Alius est qui dicitur syllogisare cū nō syllogiset: ⁊ talis soluitur p distincionē vnius pmisse. Syllogismorū aūt falsorū primo modo quidā habent vnā premissā falsā et etiā cōclusionē et illi soluūtur p interemptionē premisse et etiā cōclusionis. Alij habēt solum pmissā falsam: p interēptionem eius soluūt. Et ita si debeat pfecte solui argumētatio sophistica videndū est an sit syllogisata aut nō. Si sic videndū est an cōclusio sit vera vl falsa et similiter in premissis Si nō tunc vl est multiplicitas in pmissis et tūc soluenda est p distinctionē. vl nō est multiplicitas: et tūc soluēda est p negationem consequētie. Et si dicat aliquis q̄ huiusmodi solutio potest haberi per primū librū Respōdetur q̄ licet p primū librū possit haberi talis solutio cū magna premeditatione: nō tamen sine magna premeditatione. Capitulū scōm in quo soluūtur paralogismi fallaciarū in dictione.

primā pars p Paralogismorū fallacie equiuocationis vl ampbibologie quidā hūt cōclusionē multiplicē. vt cōtigit tacētē loq̄ Alij vero hūt pmissā multiplicē vt quidquid scit hoc scit. lapidē quis scit: ergo lapis scit. Et talis oratio multiplex aliquādo ē vera scdm quēlibet sēsū ⁊ aliquādo falsa. alqn vero est vera scdm vnū sensū et aliquādo falsa. Unde si cōclusio sit multiplex nō fit elencus cōtra respondētem nisi ipe cōceserit apparētem cōtrariā conclusionis Si vero pmissa sit multiplex nullo modo potest respōdens redargui. Unde paralogismi equiuocationis

scda pars et ampbibologie debēt solui distinguēdo multiplex dū modo nō lateat: vt si fiat iste paralogismus. quecūq; dico possibile est dicere tacētem dico: ergo tacētē possibile est dicere. cōclussio est distinguēda quia vl est sensus possibile est q̄ quis dicat tacētem: et tūc est vera. Alius sēsus est possibile est q̄ tacens dicat: et tūc est falsa. Et similiter solueretur paralogismus qui fieret per hūc terminum expediens. Sed si respōdens ignoret multiplicitatē et postea percipiat tūc debet se corrigere dicendo q̄ in tali sensu cōcessit. Et ideo p illo ponitur talis cautela si respōdēs cōcesserit aliq̄ cōclusionē ⁊ opponēs bene arguat cōtra ipm ita q̄ difficulter solui potest eius argumētum: tūc respōdens debet dicere q̄ ꝓpō est multiplex licet nō sit: et q̄ in tali sēsu cōcessit ea et nō in illo: vt patet in hoc paralogismo. q̄cūq; aliqui sciunt hec sciunt. sed aliqui sciunt asinos et lapides: ergo asini et lapides sciūt. In maiore vl ly hec est nominatiui casus: et sic tūc est fla. vl accussātiui casus: ⁊ tūc est vera. Sed ad soluēdos paralogismos cōpositiōis et diuisionis

tertia pars

dicendū est ꝙ oratio composita et diuisa non idem significant: ideo si inferatur in vno sensu dicendum est ꝙ est concessa in alio: vt patet per hos sex paralogismos. Primus est quocunqz vidisti hunc percussum hic percussus est. sed occulo vidisti hunc percussum: igitur hic occulo percussus est. minor est distinguenda. Et licet talis paralogismus videatur ad amphibologiam spectare. non tamen spectat ad amphibologiam cum illa oratio nō maneat eadem secundū diuersos eius sensus sicut hec dictio malum secundū sua diuersa significata nō manet eadem. Secundus paralogismus quicunqz videt naues nunc existētes in pyrayens in siciliam est extra siciliam. sed tu qui es in sicilia vides naues existentes in pyrayens in sicilia: igitur tu es extra siciliam. Minor est distinguēda qz vel li ens determinat li in piray et sic minor est falsa et mayor vera. vel ly in sicilia et sic est vera. Tertius est nullus bonus sutor malus est: sed aliquis bonus sutor malus est: ergo aliquis bonus sutor non est bonus sutor. In maiore vel li sutor est determinabile de li bonus et sic est composita vera. vel li bomo est eius determinabile ⁊ sic est diuisa falsa. Quartus est quicquid est malorꝫ malū est. sed disciplina bona est malorum. ergo disciplina bona malum est. Minor est distinguenda Quintus est quēcunqz nunc dico. vere esse facrum hic nunc factus est. sed te nunc vere dico vere esse factum. ergo tu nunc factus es. In minore vel li nunc determinat li dico et sic est cōposita vera. vel li esse et sic est falsa. Sextus est quecūqz potes sicut potes sic facies. sed tu potes non citbarisans citbarisare. ergo tu citbarisabis non citgarisans. Minor est distinguenda penes sensum compositum vel diuisum. Sed ad hunc paralogismū dicebant antiqui ꝙ licet concessum sit particulariter ꝙ sicut tu potes sic facies non tamen vniuerseliter ꝙ quocunqz modo potes sic facies. Sed hec solutio est falsa. qz dato ꝙ maior acciperetur vniuersaliter adhuc non valet consequentia. Sed pro fallacia accentus pauci sunt in scripto vel in voce paralogismi ponitur tamen iste: quoscūqz iustum est pendere iustū est penam pati. sed iustos iustum est pendere. ergo iustos iustum est penam pati. In minore vel li pendere habet scōam breuem et sic est vera: vel mediā lōgam et sic est falsa. Sed pro paralogismis fallacie figure dictionis dicēdum est ꝙ genera predicamentorꝫ sunt distincta. et ideo licet dictiones habeant similitudinem in voce vel scripto non tm̄ propter hoc habēt eosdē modos significādi vt patet in his paralogismis. contingit idem videre et videri: igitur cōtingit idem facere et fieri. Similiter facere actionem importat et fieri passionē: ergo similiter videre actionem actionem importat ⁊ videri passionem. Ille consequentie nō valent qz licet voces sint similes habent tamen diuersos modos significandi. Tertius paralogismus est quicquid heri habuisti et hodie non habes perdidisti. sed decem digitos heri habuisti et hodie non habes: ergo decem digitos perdidisti. ibi mutatur quid in quātū. Quartus est quicquid aliquis non habet illud nō dat. sed vnum solum denarium aliquis non habet: ergo vnum solum denarium quis non dat. Quintus est tu aliquem percusisti sola manu: sed solam manum non habes: ergo aliquē percussisti per illud qd̄ non habes. Sextus est tu vidisti solo oculo equum. sed solum oculum non habes: ergo vidisti equum per illud ꝙ non habes. In illis tribus paralogismis sub signo distributiuo sūbstantie sumitur terminus dēpredicamento ad aliquid. Septimus est qnicunqz dat aliqd cito dat sed illud ꝙ dat non habet cito: ergo illud quod dat non dat. ibi mutatur quid in quale. Sed ad predictos paralogismos et maxime ad quartum dicebant antiqui ꝙ iste simul stant. iste habet vnū solum et iste habet plura. licet iste non simul stent. iste solū habet vnū: et iste habet plura. Silr dicebāt ad septum ꝙ licet ille non habeat vnum solum oculum. habet tamen vnum oculū quo videt equū. Similiter ad quartū dicebant ꝙ non est incōueniens aliquem dare

quarta pars

quinta pars.

qd̄ non habet vt si quis det vinū qd̄ in datione vertatur in acetum. Sed be solu tiones non valent qz oppositis earum datis ad huc possunt solui illi paralogis mi. Octau' paralogismus est quicquid scriptum est aliquis scripsit. sed oratio facta scripta est: igitur aliquis scripsit orationē falsam. ibi sub signo distributi uo substantie sumitur terminus de predicamento signi. Nonus paralogismus est quicquid addiscit discēs hoc est qd̄ discit. sed discens addiscit cito quod est tar de ergo quod est cito est tarde. ibi mutatur quid in quale. Decimus est quicq̄d aliquis ambulat illud calcat. sed diem totam aliq̄s ambulat: ergo totam diem aliquis calcat. ibi mutatur quid in quando. Undecimus est quicquid bibisti est in corpore tuo. sed cibum id est vinū replens cibum bibisti: ergo vinū replēs cibum est in corpore tuo. ibi mutatur substantia in actionē. Duodecimus est quicquid sciuisti tu inueniens vel addiscens sciuisti: sed duas propositiones sciui sti. igitur eas inueniens vel addiscens sciuisti. ibi mutatur numerus singularis in pluralem. Tertiusdecimus est sortes est tertius ab homine et sortes est homo: igitur sortes est tertius a se ipso. Illa cōsequētia videtur esse similis vni in qua mediū est terminus singularis. Vltimus est. quēcunq̄z vidisti ille est alter ab eo quē non vidisti. sed tu vidisti coriscum et non vidisti coriscū musicum. ergo co riscus musicus est alter a choriscō. ibi muratur quid in quale. Ex his patet quō soluuntur paralogismi in dictiōe: soluūtur enim per oppositū qz si respondēs cō cesserit propositionē compositā ex qua opponens aliquid cōtra eum inferat de ber dicere q̄ concessit eam in sensu diuiso. Et sil'r in alijs fallacijs si opponens ar guat ex vna oratiōe in vno sensu debet respondens dicere q̄ cepit in alio.

Tertiū cap. in quo soluūtur paralogismi fallaciarū extra dictionem.

prīa pars

D soluendos palogismos extra dictionē et maxime fallacie accidētis pōt generalitet negari cōsequentia sed tamē hec solutio nō sufficit sed oportet assignare causam quare nō valet talis consequētia qd̄ est difficile cū nō sit per vnā regulā determinatū qñ ex vnione extremorū cū medio debeat inferri vnio extremitatū inter se poterit tamē hoc patere per hos sex paralismos. Primus est tu scis bonum et bonū est qd̄ intendo interrogare: ergo tu scis illud qd̄ inten do interrogare. Secundus est tu cognoscis sortem: et sortes est veniens: ergo tu cognoscis venientē. Tertius est tu cognoscis sortem et sortes est coopertus: ergo tu cognoscis coopertū. in illis tribus variatur appellatio. Quartus est hec sta tua est opus. et hec statua est tua: igitur hec statua est opus tuū. Quintus ē iste canis est tuus et est pater: igitur est pater tuus. Sextus est pauca sunt raro. et pauca sunt pauca: ergo pauca sunt raro pauca. Istorū paralogismorū tres pri mi deficiunt propter variationē appellationis qz non quicquid attribuitur acci denti attribuitur rei subiecte maxime si habeant diuersas ratiōes sicut coriscus et veniens. pōt enim quis cognoscere coriscū sub ratiōe coriscī non cognoscēdo ipm̄ sub ratiōe venientis. Sed ad tres vltimos dicit negādo cōsequentiā qz ibi arguit indebite a diuisis ad cōiuncta. Verūtamē hos paralogismos aliter soluebāt an tiqui. Nam primo ad secundū dicebāt q̄ non erat incōueniens aliquid cognosce re et idem ignorare: dum tñ hoc non esset secundū idem. Sed hec solutio nulla est Tum primo qz omēs paralogismi eiusdem fallacie debent eadem solutione solu ui sed hec solutio non est huiusmodi igitur. Tum secundo qz per hanc solutionē nō dicit quare nō sequitur cōclusio: igit hec solutio nō est bona. Eadem enim oīo potest plures habere defectus: et si soluat secundū vnū solum non est bona solu tio. Tum tertio qz paralogismi illi cōcludunt illud quod ipsi dicunt. ergo solu tio est mala. Scdo dicebāt ad sextū paralogismū q̄ nō erat incōueniēs cōcedere cōclusionē qz hec cōcedit raro pauca multa: igitur hec concedi potest raro pauca

sūt pauca. sz hec. solutio etiā nulla ē cū nō ostēdat q̄re nō seq̄t cōclusio. Tertio dicēbāt ad quintū paralogismū q̄ hec ē distiguēda iste canis ē tuus. qz vl sēs ē q̄ iste canis genuit te: vel q̄ possidet a te: vl q̄ seruit tibi. sicut cū ātiq̄s fiebat iste paralogismus. prudētia ē maloꝝ. et est q̄dāz bonū: ergo q̄dā bonū ē maloꝝ. Distinguebāt cōsequēs qz vel sētus est. q̄dā bonū est maloꝝ possessio. vel q̄ ē malorū causa: vel q̄ ē malorū distictio. Sed hec solutio nulla ē qz nulla illarū significat plura: ergo nulla illarū ꝓpōnū ē distiguēda. Ām patet qz hec. hoc ē borū: nō significat nisi q̄ hoc est possessio borum: nisi ponatur loco propositionis truncate: igitur etiam ista. quoddam bonum est malorum non significat nisi q̄ quoddam bonum est malorum possessio. cum genitiuus rectus a nominatiuo absoluto ex vi possessionis regatur: igitur etiam ista. iste canis est tuus. non significat nisi q̄ iste canis possidet a te. Sz ad soluēdū paralogismos fallacie scōz q̄d ad simplr inspiciēdū est ad cōclusiōez ⁊ cōtradictiōez. qz dicto scōz q̄d non cōtradicit dictū simpliciter nec econtra sed dictum secundum quid contradicit dicto secundum quid. Pro hac aūt fallacia ponūtur quīdeci paralogismi. Primus ē q̄d nō est. est opinabile: ergo q̄d nō est: est Secūdus est quod ē nō est homo: ergo q̄d est nō est. Tertius est dicat solū sortes p deū ego sum periurus. bene iurat: et per cōsequēs nō est periurus. ibi nō valet cōsequētia. quia licet bene iuret quantū ad aliquid: non tamen simpliciter. Quartus est aliquis dissuadet furari. sed ille idem suadet non furari: ergo qui dissuadet suadet. In illis paralogismis arguit a dicto secundū q̄d ad dictū simpliciter. cū esse opinabile nō sit esse simpliciter: neqz suadere negatiue est suadere simpliciter. Quintus est dicat solum sortes istaz. sortes dicit falsum: videtur q̄ illa non sit falsa. quia si illa sit falsa cum eam solam dicat sortes sequitur q̄ ita est sicut dicit: et per consequens illa est vera. ibi non valet consequentia. Nam licet dicat verum secundū quid: non tamen simpliciter. Sextus est sanitas est bona et est mala male vtenti: ergo bonum est malum. Septimus est diuitie sunt bone et sunt male male vtenti: igitur bonum est malum. Octauus est sanū esse vel habere magnam potestatem in aliquo tempore non est bonum: igitur non est bonum. Nonus ē q̄ nō vult sapiēs ē malū. sz amictere bonū nō vult sapiēs: ergo bonū ē malū. Decimus ē aliq̄s vult accipe malū: ergo aliq̄s vlt malū. Undecimus ē aliq̄s vult dimittere egritudinē: ergo aliq̄s vult egritudinē. nō valet cōsequētia qz nō ē idē egritudo et dimittere egritudinē. Duodecimus ē iustum est eligi bilius iniusto: ergo iusta passio melior ē q̄ iniusta. et iuste cōdēpnari melius est q̄z iniuste cōdēpnari. Tertiusdecimus ē ista sūt mea adiudicata: igr sūt mea. Ultimus ē iniuste passus dicit se passū iniusta: igr dicit iniusta. ibi nō valet cōsequēcia cū cōmittat fallacia scōz q̄d ad simplr. Sed ad soluēdū paralogismos fallacie ignorātie elēchi oportet cōsiderare ad cōtradictōez qz hec fallacia fit scōz defectu cōtradictōis. Et ideo scōz eā pro rñdēte ponit talis cautela q̄ si rñdēs dicat aliq̄s ꝓpōes nō eē cōtradictorias et opponēs sibi declarat q̄ sic oñdēdo sibi istas duas. hoc est duplū et hoc nō est duplū. tūc rñdens debet dicere q̄ hoc nō est respectu eiusdē et scōz idē: vt pz ī his duob' paralogismis. Primus ē tu cognoscis coriscum esse coriscum. et non cognoscis ipsum esse musicum: ergo tu cognoscis et non cognoscis coriscū. non valet ibi consequētia quia non seruat hec pticula sil'r. Secūdus est oē terracubitum est maior tricubito sed hoc est nunc terracubitum et prius fuit tricubitū: igit hoc est maior se ipso. ibi nō seruat hec pticula ī eodē tpe. Sed ad soluēdos paralogismos petitiōis pncipij dēt rñdēs opponēti dicere q̄ accepit ꝓpōem min' pbabilē cōclusione qua intendit: ⁊ ideo ꝓpō rñdente d ne ponunt cautele: Pria est si respōdens primo nō pcipiat q̄ sit petitio pncipij et concedat aliq̄z ꝓpōem ex qua opponēs infert aliq̄d cōtra ipsuz tūc debet dicere q̄

scōa pars.

tertia pars.

quarta pars

opponēs nō dēt vti tali ꝓpositiōe cuius sit cōcessa qz petit principiū. Secda cautela est rñdens debet dicere opponēti q̃ nō cōcessit illā ꝓpōem vt ea vtenꝫ: sed vt
quinta pars arguēt contra eā. Sz ad soluēdū palogismos fallacie cōsequētis negānda est cōsequētia qz nō oportet si pria cōsequētia sit bona q̃ etiā ⁊ secda. Nā a positiōe cōsequētis ad positionē ānis. vl'a destructiōe ānis ad destructionē cōsequētis nō valet cōsequētia. vt pz p argumētū mellissi sic arguentis. q̃cq̃d est factū bēt pri-
sexta pars: cipiū. igit q̃cquid nō est factū nō habet pricipiū. Cerū ad soluēdos palogismos fallacie nō cause vt cāe oportet videre ad premissaz supfluā. ⁊ dēt rñdens dicere q̃ illa premissa nihil facit ad illationē cōclusiōis: iō ei falsitas nō dēt inferri ex falsitate cōclusiōis. Pro hac aūt fallacia ponit talis cautela rñdentis volentis oñdere ignorātiā opponētis. s. q̃ rñdēs dicat se tl'ez ꝓpōez cōcessisse vt opponēs
septia pars eam impbaret cū tñ eā impbare nō potuerit. Sed ad soluēdos palogismos secū dū plures interrogatiōes vt vnā uō est dāda vnica rñsio sz plures cū interrogatio sit plures. Interrogatio enim vna est q̃ vnū de vno significat. Interrogatio vo plures q̃ pla de vno significat. Ldō sicut in equocis lz ꝓpositio aliqñ in vtroq̃ sensu sit vera aut f'la. ⁊ tūc rñdēs cōcedēs vl' negās eā nō ducit ad redargutionē cadit tñ in hoc peccatū q̃ dat vnā respōsionē ad ꝓpōem pl'es: ita si ad interrogationē pl'es dato q̃ sit in vtroq̃ sensu vera vl' f'la det vnā rñsionē incidet in illud peccatū et in aliud si illa sit in vno sensu va ⁊ in alio falsa. vt pz in his quatuor exēplis. Primū est sunt ne ista bona vel mala demōstrato vno bono ⁊ vno malo: si bona igit malū est bonū. si mala: igit bonū est malū. Ad hoc debet dici q̃ nec sunt bona nec mala. sed vnū eorū est bonum et alterū malū. Secundū exēplum est sint a ⁊ b diuersa quorū singulū sit sibimet idē. querit vtrū a ⁊ b sint eadem vel diuersa: si eadem ergo diuersū est idem. si diuersa ergo idem est diuersū. Tertiū exemplum est sit sortes bonus et plato malus. queritur an sortes ⁊ plato sint boni an mali et arguitur sicut prius. Quartū exemplū est sit a equale et b inequale: queritur vtrum a et b sint equalia an inequalia. et arguitur sicut prius. Ad hec argumenta potest dici q̃ pluralis numerus in illis propositionibus potest teneri diuisiue et tunc sunt false. vel coniunctim et tunc consequentie non valent.

Vltimum capitulum in quo docet philosophus soluere paralogismos ducētes ad nugationem et ad soloecismum.

Ad soluendos paralogismos ducentes ad nugationē ponuntur due re
pria pars gule: Prima est terminū relatiui sine suis correlatiuis positi dāt intel
ligere ea correlatiua: sed positi cū eis non dant ea intelligere vt sicut
pria regula si esset aliqua vox significans tantum sicut vno minus decem tunc si ponatur cum decem non dat intelligere decem: sed si per se ponatur dat intellige re decem. Et similiter si esset aliqua dictio significans tantum sicut non facere tunc si per se poneretur daret intelligere facere: non autē si ponatur cum facere Ita duplum per se dat intelligere dimidium. et scientia scibile: non autem si cū eis ponantur. Secunda regula est passio per se sumpta dat intelligere subiectuz sed non posita cum subiecto: et ideo falsa est opinio que dicit q̃ ponendo dif
secunda rela finitionem loco passionis eius non cōmittitur nugatio vt dicendo nasus habens cauitatem. Nam si loco passionis ponatur tota diffinitio erit nugatio Nam tunc dicendo nasus simus sensus esset nasus: nasus habens cauitatem et similiter dicendo simitas nasi sensus esset cauitas nasi nasi. Sed ad soluendos paralogismos ducentes ad soloecismum oportet videre si aliqua premissa sit incongrua ⁊ tunc non est mirū si sequatur cōclusio incōgrua vt patet sic arguēdo: bis

ꝓma Regula — ad dum logis dicen mu ga.

secunda Regula hec regula debet modo intelligi non nu debet intelligi de pa mi bus non habentibus certum et determinatum subiectum. Sed de is habent certum et determinatum subiectum — ans non habent locum gula.

est alba: et hic est coriscus. ergo coriscus est alba: sed si premisse sint congrue cō
clusio non debet esse incongrua. Ideo peccant hij quinq; paralogismi. Pri
mus est quicquid tu dicis esse hoc est: sed lapidem tu dicis esse: ergo lapidem est.
Scōs est illa ē illud qd tu dicis eā ēc: sed tu dicis eā ēē aspidē: ergo ipa ē aspidē.
Tertius est ille est illud qd tu dicis ipsū esse sed tu dicis ipsuz esse cleonē igit ipe est
cleonez: ibi mutat nominatiuus in accusatiuz. Quartus est tu scis hoc. ⁊ hoc est la
pis: ergo tu scis lapis. ibi mutatur accusatiuus in nominatiuuz. Quintus est
cuius scientiam habes illud scis. sed habes scientiam lapidis. igitur lapidis
scis. ibi mutat accusatiuus in gtiū. Et hec de solutiōib' paralogismorū in spēali.

Hūc de eis in gnali videndū est. Pro quo ponūt tres diuisiones. pria ē. Orōm tertia pars.
q̄dā sūt faciles ad soluēdū: ⁊ q̄dā difficiles. Oroes aūt faciles ad soluēdū sū t il- pria diuisi
q̄ fiūt penes equocationē. cū ridiculū sit multiplicitatē ignorare: vt pz in his duo
bus exēplis. Primū est quicūq; ferebat gradatim ibat de loco ad locū: sz vir se-
dēs ferebat gradatim cū sedebat: igit tūc ibat de loco ad locū. ibi gradatiz potest
accipi vt tm̄ vz sicut de gradu ad gradū. vel tantū valet sicut gradiēs. Secūdus
palogismus ē quicqd ledit pauperē nō est purū. sz boreas ledit paupem: ergo bo
reas nō est purus. ibi purū pōt capi pro innocēte vel ꝓdepurato a nubib': ⁊ ille
oroes faciles sūt ad soluendū. Sed ille de quaꝝ equiuocatiōe est cōtrauersia sunt
difficiles ad soluēdū sicut sūt hee in q̄b' ponūt ens ⁊ vnū. ymo eadē oro pōt ēē fa
cilis ad soluendū et difficilis scōm qd dubiū est p quā fallaciā solui debeat: et sic
sicut in fallacijs in dictiōe alique sunt faciles ⁊ aliq̄ difficiles ad soluēdū ita ⁊ in
fallacijs extra dictionē. Unde oro dr acris siue difficilis q̄ maxīe dubitare facit ⁊
maxīe mordet. Scda diuisio. Oronū acriū q̄dā peccāt in forma ⁊ q̄dā in materia scda diuisio.
Peccātes aūt i materia sūt acriores peccātib' in forma cū etiā peritos decipiāt.
Et inter peccātes i materia ille q̄ ꝓcedūt ex p̄missis valde ꝓbabilibz ad inferēdū
vnū valde impbabile sūt acerrīe ad soluēdū. Silr qn̄ p̄misse nō sūt multū ꝓbabi
les sz tm̄ aliq̄liter probabiles ⁊ cōcludūt vnū manifeste falsū oro est acris qr tunc
oportet aliq̄q; p̄missarū interimere: sz dubiū est q̄ interimi debeat. Sed illa q̄ ꝓce
dit ex valde impbabilib' facilis est ad soluendū: imo aliqn̄ est digna despici si sit
manifestim' defectus q̄ nō ꝓueniat ex pte ordinatiōis p̄missaꝝ. Ille oroes sūt dif-
ficiles ad soluēdū de q̄bus dubiū est an sint sillogisate an nō: ⁊ si sint sillogisate
dubiū est in eis q̄ p̄missa debeat negari aut distingui. Tertia diuisio est q̄ rn̄dēs tertia diuisio
aliqn̄ soluit ad rē: et tūc recte soluit. aliqn̄ vero soluit solū appenter ⁊ tūc nō re-
cte soluit. Et sic pz et q̄tis ⁊ q̄libz fiāt palogismi: ⁊ quō q̄s pōt duci ad metbas
⁊ q̄ sūt vtiles sopbisticatiōes: ⁊ q̄ solutio recta. Patuit insup in libro topicorū
quō fiāt sillī dialectici. ⁊ q̄s modus ē respōdētis ⁊ opponētis vt assequmur illuz
finē q̄ dictus ē in p̄ncipio libri topicoꝝ: ⁊ preter deteriata i hoc libro de palogis-
mis nihil restat per tractādū. Ulm̄ hec ars fuit inuēta sicut alie artes. Hā sicut i quarta pars
alijs artibz q̄ a p̄mis inuētoribz inuēta fuerūt ꝓua fuerūt ⁊ tandē augmētū su-
sceperūt qr fuerūt inuēta pria p̄ncipia q̄ sūt optīa ⁊ magna in ꝛ̄ture: lz sint pua i
magnitudine ⁊ illa fuerūt difficilia: cū sit difficile ea applicare ad spēalia vt pz
in retborica. Tisias enī inuenit p̄ncipia retborice ⁊ illis addidit aliqua. post eū
venit trasimachus q̄ etiā aliqua addidit. et post illū venit theodorus q̄ p̄dictis
aliq̄ addidit: ⁊ sic cōseqnt' cōsūmata est rbetorica. Sed de hac arte aīn phm̄ nihil
erat ēditū. Hā lz aliq̄d de vna materia eēt traditū ⁊ aliud de alia. nō erāt tm̄ ad
vnā artē redacta. sz erāt sicq̄dā relē sine ordine sic mercēnarij vēdūt res suas. ⁊
ideo illa traditio era facilis qr nō erāt nisi q̄dā rlē sine demōstratiōe tradite. sic
si aliq̄s debeat tradere artē vt boies nō doleāt pedes ⁊ talis nō doceat artē suto
riā: sz dat multos modos calciamētoꝝ p̄seruātes a dolore pedū: ita penitus si-

militer erat de reliis huius artis datis añ phili. Sed de rhetoricis añ rhetorica multa erāt inuēta: de hac aūt arte quasi nihil. Ex quo pz q̄ phūs fuit inuētor huius scie ⁊ eā sufficiēter cōpleuit: qz hec ars est tradita sic alie ad quas pficiēdas fuerūt plres coadiutores: ⁊ ideo dicit phūs reliquū erit oiz vestrū vt eorq̄ audiuerit op̄ omissis q̄dē artis indulsionē. inuētis aūt multas habere grates. Et sic est finis textus abbreuiati totius logices.

¶ Toti' logices text' abbreuiat' feliciter explicit. q̄ omni cura sūmaq̄ diligētia visus iteratq̄ iterq̄ visus: ⁊ demū omni emēdādorq̄ obscenitate remota fidelissime castigatū extitit relictum: per Ferdinandū de Prezauo in artibus Baccalariū. Qui totis: vt aiunt: viribus incumbendū fore dignissimum duxit: quo his saltem qui in Aristotelis doctrina ipso duce militant prodesse non cessaret: ac vt perinde cunctis eius agnoscerent fidelitatē: hoc presens opus Salmantice Leonardo alemano eiusq̄ socio fratri Lupo vt imprimeretur cōmisit. Hij certe eo quo soliti sunt conatu ad hunc vsqz: diuo freti fauore: perduxere finem.